

Secunda propositio est: eos qui fuerint baptizati: a diabolo non posse tentari. Et ne hoc stulte dicere uideatur: adiecit. Quicumque autem tentati fuerint: ostendit eos aqua tantum: & non spiritu baptizatos: quod in simone mago legimus. Vnde & Ioannes dicit: omnis qui natus est ex deo: peccatum non facit. quoniam sicut semina ipsius manent in eo: & non potest peccare: quia ex deo natus est. Et in hoc manifesti fiunt filii dei & filii diaboli. Et in fine epistolae: omnis qui natus est ex deo: non peccat: sed generatio dei conseruat eum: & malignus non tangit eum. Re uera fortis obiectio: & quae indissolubilis permaneret: nisi ipsius Ioannis testimonio solueretur. Statim enim intulit: filioli custodite uos a simulacris. Si omnis qui natus est ex deo: non peccat: & a diabolo tentari non potest: quomodo precipit ut caueant: ne tententur? Et in eadem rursus epistola. Si dixerimus quia peccatum non habemus: ipsi nos seducimus: & ueritas in nobis non est. Si confiteamur peccata nostra: fidelis est & iustus: ut remittat nobis peccata: & mundet nos ab omni iniquitate. Si dixerimus: quia non peccauimus: mendacem facimus eum: & uerbum eius non est in nobis. Aestimo quod Ioannes baptizatus ad baptizatos scripserit: & quod omne peccatum ex diabolo sit. Ille peccatorem se confitetur: & sperat remissionem post baptismum: & Iouinianus meus dicit: ne tangas me: quoniam mundus sum. Quid ergo: contraria sibi apostolus loquitur? Minime. In eodem quippe loco cur hoc dixerit: statim edisserit: filioli mei hoc scribo uobis ut non peccetis. Sed & si quis peccauerit: aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum: & ipse est propiciatio pro peccatis nostris: non pro nostris autem tantum: sed etiam pro totius mundi. Et in hoc scimus quod cognouimus eum: si mandata eius obseruemus. Qui dicit se nosse eum: & mandata eius non custodit: mendax est: & in eo ueritas non est. Qui autem seruat uerbum eius: uere in hoc charitas dei perfecta est. In hoc scimus quoniam in ipso sumus. Qui dicit se in ipso manere: debet sicut ille ambulauit: & ipse ambulare. Propterea inquit scribo uobis filioli mei: omnis qui natus est ex deo: non peccat: ut non peccetis: & tandiu sciatis uos in generatione domini permanere: quoadiu non peccaueritis: imo qui in generatione domini perseverant: peccare non possunt. Quae enim communicatio luci & tenebris? Christo & Belial? Quomodo dies & nox misceri non queunt: sic iusticia & iniquitas: peccatum & bona opera. Christus & Antichristus: si susceperimus Christum in hospitio nostri pectoris: ilico fugamus diabolum. Si peccauerimus: & per peccati ianuam ingressus fuerit diabolus: prounus Christus recedit. Vnde & Dauid post peccatum: Redde mihi ait laeticiam salutaris tui: scilicet quam peccando amiserat. Qui dicit se nosse eum: & mandata eius non custodit: mendax est: et in hoc ueritas non est: Christus ueritas appellatur. immo est. Ego sum inquit uia et uita et ueritas. Frustra nobis in eo applaudimus. cuius mandata non facimus. Scienti bonum et non faciendi illud. peccatum est. Quomodo corpus sine spiritu mortuum est. sic et fides sine operibus mortua est. Nec graue putemus unum deum nosse: cum daemones credant et contremiscant. Qui dicit se in ipso manere: debet sicut ipse ambulauit et ipse ambulare. Eligat aduersarius de duobus quod uult: optionem enim damus. manet in Christo. an non manet? Si manet. ita ergo ambulet ut Christus. Si autem temerarium est: similitudinem uirtutum domini polliceri. nec manet in Christo: quia non ingreditur ut Christus. Ille peccatum non fecit: neque inuentus est dolus in ore eius: qui cum malediceretur: non maledixit: et tanquam agnus coram tondente: sic non aperuit os suum: ad quem uenit princeps mundi istius: & inuenit in eo nihil. qui cum peccatum non fecisset: pro nobis peccatum eum fecit deus. Nos autem iuxta epistolam Iacobi: multa peccamus omnes: & nemo mundus a peccatis: ne si unius quidem diei fuerit uita eius. Quis enim gloriabitur castum se habere cor? Aut quis confidet mundum se esse a peccatis? Tenemurque rei. in similitudinem preuaricationis Adam. Vnde et Dauid: Ecce ait in iniquitatibus conceptus sum: & in delictis concepit me mater mea. Et beatus Iob. Si fuero iustus os meum impia stitit: et execratum est me uestitum meum. Verum ne penitus desperemus: arbitrares nos post peccata baptismi non posse saluari: statim hoc ipsum temperat: Et si quis peccauerit: aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum: & ipse est propiciatio pro peccatis nostris: non pro nostris autem tantum. sed etiam pro totius mundi. Hoc ad credentes post baptismum loquitur: et aduocatum pro delictis eorum dominum pollicetur. Nec dicit: si quid peccaueritis aduocatum habetis apud patrem Christum: et ipse est propiciatio pro peccatis uestris: ne eos dices non plena fide baptismum consecutos: sed aduocatum inquit habemus Iesum Christum: et ipse est propiciatio pro peccatis nostris: et non solum pro peccatis nostris: sed etiam pro totius mundi: In toto autem mundo & apostoli sunt: omnesque credentes. Ex quibus liquido comprobatur post baptismum posse peccari. Frustra enim habemus aduocatum Iesum Christum: si peccari non potest.

Petrus apostolus ad quem dictum fuerat: qui lotus est non necesse habet ut iterum lauet: & tu es Petrus: & super hanc petram aedificabo ecclesiam meam: ab ancilla perterritus negat. Et ipse dominus: Simon Simon: ecce inquit sathanas postulauit uos: ut cribraret sicut triticum. Ego autem rogavi pro te: ne deficeret fides tua. Et in eodem loco: Vigilate & orate: ne intretis in tentationem: spiritus quidem propius est: caro autem infirma. Quod si ante crucem dictum responderis: certe post crucem in oratione dominica dicimus: dimitte nobis debita nostra: sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: & ne nos iducas in tentationem: sed libera nos a malo. Si non peccamus post baptismum: cur nobis poscimus peccata dimitti: quae in baptismo iam dimissa sunt? quid oramus: ne intremus in tentationem: & ut liberemur a malo: si diabolus tentare non potest iam baptizatos? Aliud autem est si ad catechuminos haec oratio pertinet: & non conuenit fidelibus & christianis. Paulus electionis uas castigat corpus suum: & in seruitute redigit: ne aliis praedicans: ipse reprobus inueniatur. Et datus est mihi inquit stimulus carnis angelus sathanae: qui me collaphizet. Et ad Corinthios. Timeo ait ne sicut serpens decepit Euam in astutia sua: ita corrumpantur sensus uestra simplicitate: quae est in Christo. Et alibi: Cui autem aliquid donastis: & ego: nam & ego quod donauit: siquid

Omne peccatum ex diabolo

Nemo sine peccatis

Cap. xxxii.

si quid donauit propter uos in persona christi: ut non circūueniamur a sathana. Nō enim eius ignoramus astu-
 tias. Et rursū. Tentatio uos nō apprehendat: nisi humana: Fidelis autē deus: qui nō dimittet uos tentari sup id
 quod potestis: sed faciet cū tentatione etiā euentū: ut possitis sustinere: & qui sibi uidetur stare: uideat ne cadat.
 Et ad Galathas. Currebatis bene: quis uos impediuit ueritati non obedire: Et alibi. Voluimus quidē uenire ad
 uos: ego quidem Paulus: & semel & iterū: sed impediuit nos sathanas. Et ad maritos. Et iterū reuertimini ad idipsum
 ne tentet uos sathanas propter incōtinentiā uŕam. Et rursū: dico autē spiritu ambulate: & desideria carnis nō
 perficietis. Caro enim concupiscit aduersus spūm: & spiritus aduersus carnē: hæc inuicē aduersantur sibi: ut nō
 quæ uultis illa faciatis. Ex utroq; cōpacti necesse est: ut utriusq; contra se substātiæ bella patiamur. Et ad Ephe-
 sios. Nō est nobis colluctatio aduersus carnē & sanguinē: sed aduersus pŕicipatus & potestates: aduersus recto-
 res tenebrarū istarū: aduersus spiritualia nequitia in cælestibus. Et æstimat aliquis securos & dormientes nos esse
 debere post baptismū. Necnon & ad hebræos. Impossibile est. n. eos qui semel sunt illuminati: & gustauerunt
 donum cælestē: & participes facti sunt spiritus sancti: gustaueruntq; nihilominus bonū dei uerbū: uirtutesq; sac-
 culi futuri: & prolapsi sunt: renouari iterū ad pœnitentiā: rursū crucifigentes sibi metipsis filiū dei: & ostentui ha-
 bentes: Certe eos qui illuminati sunt: & gustauerūt donū cælestē: & participes facti sūt spiritus sancti: gustau-
 erūtq; bonū dei uerbū: negare nō possumus baptizatos. Si autē baptizati peccare nō possūt: quō nunc apostolus
 dicit: & prolapsi sūt: Verū ne Montanus & Neouatus hic rideant: qui contendūt nō posse renouari per pœnitē-
 tiam eos: qui crucifixerunt sibi met filiū dei: & ostentui habuerūt: cōsequēter hūc errorē soluit: & ait. Cōfidimus
 autē de uobis dilectissimi: meliora & uiciniora salutis: tæcti ita loquimur. Nō enim iniustus est deus: ut obliu-
 scatur operis uŕi: & dilectionis quā ostendistis in noīe ipsius qui ministrastis sanctis: & nūc ministratis. Et re ue-
 ra grandis esset iniusticia dei: si tantū peccatū puniret: & bona opera nō susciperet. Locutus sū inquit apostolus
 ut ita uos a peccatis retraherē: & desperationis metu facerē cautiore. Ceterū cōfido de uobis dilectissimi melio-
 ra & uiciniora salutis: Neq; enim iusticiæ dei est: ut obliuiscatur bonorū operū & ministerii: quod propter no-
 men eius exhibuistis & exhibetis in sanctos: & tantū meminerit peccatorū. Sed & apostolus iacobus sciens bap-
 tizatos posse tentari: & propria corruere uoluntate: & beatus ait uir: qui suffert tentationē: quia cū probatus fue-
 rit: accipiet coronā uitæ: quā repromisit deus diligētibus se. Ac ne putaremus secundū illud Geneseos ubi scribi-
 tur. Abrahā a deo fuisse tentatū: nos quoq; tentari a deo: nemo inquit cū tentatur dicat: quoniā a deo tentatur:
 deus enim intentator malorū est. Ipse autē neminē tentat. Vnusquisq; uero tentatur a concupiscentia sua abstra-
 ctus & illectus. dehinc concupiscentia cū conceperit: parit peccatū: peccatū uero cū consumatum fuerit: gene-
 rat mortē. liberi arbitrii nos cōdidit deus: nec ad uirtutes nec ad uitia: necessitate trahimur. Alioquin ubi neces-
 sitas est: nec dānatio nec corona est. Sicut in bonis operibus perfectior est deus: nō est enim uolentis neq; cur-
 rentis: sed miserētis & adiuuātis dei: ut puenire ualeamus ad calcē: sic in malis atq; peccatis semina nŕa sūt incē-
 tuias: & pfectio diaboli: Cū uiderit nos sup fundamētū Christi ædificare scēnū: ligna: stipulā: tunc supponit icē-
 dium. Aedificemus ergo aurū: argentū: lapides preciosos: & tentare nō audebit: q̄q̄ & in hoc nō sit certa & secu-
 ra possessio. Sedet quippe leo in insidiis: ut in occultis interficiat innocentem. Et uasa figuli probat fornax: hoīes
 aut iustos tentatio tribulationis. Et in alio loco scribit: fili accedens ad seruitutē dei: prepara te ad tentationem.
 Rursū idē iacobus loquitur. Estote factores uerbi: & nō auditores tantū. Siquis auditor est: & nō factor: iste si-
 milis est uiro: qui considerat uultū natiuitatis suæ in speculo. Considerauit illud: & statim recedens oblitus est
 qualis sit: frustra monuit ut iungerēt opera fidei: si post baptismā peccare nō poterāt. Qui totā legē inquit ser-
 uauerit: & peccauerit in uno: factus est oīum reus. Quis nŕm absq; peccato: Concluserit deus oīa sub delicto: ut
 oibus misereatur. Petrus quoq; nouit inquit dominus pios de tentatione eripere: & de falsis doctoribus. Hi sūt
 fontes sine aqua: & nebulæ turbiniibus exagitata: quibus caligo tenebrarū reseruat: Superbia enim uanitatis
 loquētes pelliciet in desideriiis carnis luxuriæ eos qui paululū effugerāt: Et ad errorē reuerſi sunt: Nōne tibi ui-
 detur pinxisse sermo apostolus nouā iperitiæ factionem: Aperiunt enim quasi fontes sciæ: qui aquā nō habēt:
 doctrinarū permittunt imbrē: uelut nubes prophetiæ ad quas pueniat ueritas dei: & turbiniibus exagitantur
 dæmonū: atq; uitioꝝ. Loquunt grandia: & totus eorū sermo superbia est. Immundus est autem apud deū om-
 nis qui exaltat cor suum: & qui paululum refugerant a peccatis: ad suum reuertuntur errorem: & suadent in lu-
 xuria ciborū carnisq; delicias. Quis enim non libenter audiat: manducemus et bibamus: et in æternum regna-
 bimus: Sapientes et prudentes prauos uocant: eos uero qui dulces sunt in sermonibus: plus audiunt. Ioannes
 apostolus: immo in Ioanne Saluator scribens angelo ephesi ecclesiæ: scio inquit opera tua: et laborem et patiē-
 tiam tuam: et quia sustinuisti propter nomen meum et non defecisti. Sed habeo aduersus te pauca: q; charita-
 tem tuam primā reliquisti: memor esto unde cecideris. Et age pœnitentiā: et prima opera fac. Sin autem ue-
 niā tibi: et mouebo candelabrum tuum de loco suo nisi pœnitentiā egeris. Similiter ceteras ecclesias Smyr-
 nam: Pergamum: Thiatiram: Sardis: Philadelphiam: Laodiceam ad pœnitentiā prouocat: et nisi reuertantur ad
 opera pristina: cōminatur. Et in Sardis paucos habere se dicit: qui nō cōquinauerunt uestimenta sua: et ambu-
 laturi sunt cū eo in albis: quia digni sūt. Qui autē dicit memēto unde cecideris. et ecce missurus est diabolus ex
 uobis carcerem: ut tentemini: et scio ubi habitas: ubi sedes est sathana: et in mente habe qualiter acceperis: et au-
 dieris: et serua. et pœnitentiā age: et reliqua: utiq; ei dicit: qui credidit: et baptizatus est: et stans quondam: cor-
 ruit per delictum.

Hominis pœnitentia

Inuictus esse deo similis

Acconspicienda uoluntate


Libere uoluntate uocari sunt

Septem ciuitates Asiae

Paulus per de ueteri testamento exēpla distulerā: quia solēt ubicūq; cōtra eos facit dicere lex & prophe-
 ta usq; ad Ioannē. Cæterūq; q̄s ignorat sub alta dispensatione dei: oēs retro sanctos eiusdē fuisse meri-
 d

Cap. xxxiii.
d .xxxii.

aplicus pro



ti: cuius nunc christiani sunt: Quod ante Abraham placuit in coniugio: sic nunc uirgines placet in perpetua. Seru-
uit ille legi & tempori suo: seruimus & nos euangelio & tpe nro: in quos fines saeculorum decurrerunt. David cle-
ctus secundum cor domini: qui oēs eius fecerat uoluntates: et qui in quodam psalmo dixerat: Iudica me domine:
quia ego in innocentia mea ingressus sum: et in domino sperans non infirmabor: proba me domine et tenta
me: ure renes meos: et cor meum. postea tentatus a diabolo: et post peccatum penitens loquitur. Miserere mei
deus secundum magnā misericordiā tuam. Magnū peccatū magna deleri uult misericordia. Salomon amabi-
lis domini: et cui bis deus fuerat reuelatus: quia amator mulierū fuit: a dei amore discessit. Manassē impiissimum
regem post captiuitatē babilonicā: in pristina dignitatē liber die: restitutum refert. Et Iosias uir sanctus in cā
po Magedo ab Aegypto rege confoditur. Iesus quoque filius Iosedech sacerdos magnus quā in typo precesserit
Saluatoris qui nostra peccata portauit: et alienigenā sibi ex gentibus ecclesiā copulauit: tamen secundum litterā
post sacerdotiū sordidatus inducitur: et stat diabolus a dextris eius: et candida illi uestimenta deinceps reddun-
tur. Superfluū est de Moysē et Aaron scribere: quod ad aquā contraditiōis offenderint deum: et terram repromis-
sionis non intrauerint: cum beatus Iob angelos quoque et omnem creaturam peccare posse cōmemoret dicens.
Quid enim nunquid homo coram deo mundus est: Aut ab operibus suis sine macula uir: Si contra seruos
suos non credit et aduersum angelos suos prauum quid repperit: quanto magis habitantes in domibus luteis:
de quibus et nos ex eodem luto sumus: Tēatio est uita hoīum super terram. Et cecidit lucifer: qui mittebat ad
uniuersas nationes. Et ille qui in paradiso delitiarū inter .xii. nutritus est lapides: uulneratus a monte domini: ad
inferna descendit. Vnde & Saluator in euangelio uidebā inquit sathanā quasi fulgur de caelo cadentē. Si altissi-
ma illa sublimitas cecidit: quis cadere nō possit: Si in caelo ruina: quāto magis in terra: Et tamen cum ceciderit
Lucifer: imo post casū coluber antiquus: uirtus eius in lūbis est: & ptās eius sup umbilicū uentris: obūbrantur
in eo arbores magnā: & dormit iuxta iuncū: & calamū: & caricē. Ipse est rex oīum quā in aquis sunt: ubi scili-
cet uoluptas & luxuria: et propago et irrigatio nuptiarū. Quis enim denudabit faciem uestitus eius: Et por-
tas uultus eius quis aperiet: Saginantur in eo nationes: et partiuntur phoenicū gentes. Ac ne forsitan tacita le-
gentis cogitatio putaret eas tantū phoenicū gētes: quas et populos aethiopum significari: quibus draco in escā
datus sit: statim de iis qui per mare huius saeculi transierunt: & ad portum salutis peruenire festinant: dicitur. Et
in nauibus piscatorum caput eius stat sicut incudo infatigabilis: reputat ferrum ut paleas: & sicut lignum pu-
tridum aēs. Et omne aurum maris sub eo est sicut lutum: seruescere facit abyssum sicut uas aeneum: aestimat ma-
re sicut deletum: & tartarum abyssū ut captiuum. Omne altum uidet: & arbitratu Iouinianus meo facile sibi
eum posse succūbere. Quid loquar de sanctis uiris & de angelis: qui cum creaturā dei sint: possunt utiq; reci-
pere peccatum: Filium dei tentare ausus est: & prima eius & secunda sentētia reperiens: nihilominus caput
leuat: & tertio uulneratus usq; ad tempus recedit: differens magis tentationem quā auferens: & nos nobis blandi-
mur de baptisate. Quod sicut priora peccata dimittit: sic in futurum seruare non potest nisi baptizati omni
custodia seruauerint cor suum.

Cap. XXXIII.

Quod peruenimus ad cibos: ubi & tertiā quæstionis nobis opponitur difficultas: ad hoc creata esse
omnia: ut usui mortaliū deseruirent. Et quomodo homo rationale animal quasi quidam habitator &
possessor mundi deo subiaceret: & suum ueretur auctore: ita cuncta aīantia aut in cibos hoīum: aut in
uestitum: aut ad scindendum terram: aut ad subuectionē frugū: & ipsius hoīs esse creata: unde & iumēta ab eo
quod iuuent appellentur. Quid est Dauid homo quod memor es eius: aut filius hoīs quoniam uisitas eū: Minui-
sti eū paulominus ab angelis: gloria & honore coronasti eū: & constituisti eū sup opera manuum tuarū. Oīa sub-
iecisti sub pedibus eius oues & boues uniuersas: in super & pecora campi. Volucres caeli & pisces maris: qui p-
ambulant semitas maris. Esto inquit bos ad arandū: ad sedēdū equus: canis ad seruandū: capræ ad lac: oues ad
lanitia conditæ sint. Quis usus porcorū absq; esu carniū: quis capræ: ceruuli: damulæ: apri: leporis: & huius
modi uenatio. Quid aēres siluestres & domestici: quid anates: quid ficedulæ: quod attagen: quid fulica: quid
turdus. Cur in domibus gallina discurret: si non comeduntur hæc: omnia frustra a deo creata sunt. Verū quid
opus est argumentis cum manifeste scriptura doceat omne quod mouetur sicut olera herbarum data nobis in
escam: & apostolus clamitet omnia munda mundis: & nihil reiiciendum quod cū grātū actione precipitur: &
uēturos in nouissimo qui prohibeant nubere: & uesci cibis: quos deus creauit ad utendū. Ipse dominus uini po-
tator & uorator a pharisæis appellatur: & publicanorū conuiuia & peccatorū. Zachæi prandiū nō recusans: ua-
dens ad nuptias: epulas. Porro aliud est si stulta contentione dicitis eum isse ad nuptias ieiunatus: & in poste-
rum more dixisse hoc comedo: illud non comedo: nolo uinum bibere quod ex aquis creauit. In typo sanguinis
sui nō obtulit aquā sed uinum. Post resurrectionem piscē & fauū comedit: nō Zizania nuces et sorbitiūculas.
Petrus apostolus nō expectans stellā more iudaico: sed hora sexta in solarium præsurus ascēdit. Paulus in nauī
panem frangit nō caricas: Timotheo dolenti stomachum uinum suadet bibere non piratium. De ciborum sibi
placent abstinentia quasi non & superstio gentilium costum matris deum obseruet & isidis.

Cap. XXXV.

Equar ergo uestigia ppositiōis expositæ: & anteq; ad scripturas uēiā: doceāq; ex eis deo grata ieiunia:
& acceptabile cōtinentiā: argumētis philosophorū: argumēta cōponā: & pbabo nō Empedoclis & Py-
thagoræ nos dogma sectari: qui ppter uē Teuū uχωσιv. id est trānsanimationē: oē qd' mouet & uiuit
edendū non putant: & eiusdē criminis reos arbitrant: qui abietē quercūq; succiderint: cuius parricidæ sunt: &
uenefici: sed uenerari conditorem nr̄m: qui in usus hoīum cuncta generauit. Et quō bos ad arandum: equus ad
sedendum:

David electus.

Salomoni dicitur bis reuelatus.

Uincit libitū: ppter uirtutē
sup oīa. Uincit uero
in uoluptate.

Uincit quoniam uirtutē
sup oīa libitū uirtutē.

Iumentum est a
iumentis dicitur.

Pharisæi philosophi
iudeorum sunt
imponebat qd' fallax
et dolo et in
impugnator uirtutē
sunt in ista legē dicit
Mond nō impugnator
uirtutē.

100/111

Tunc carum
boni uirtutē

phoenicū sup
lignū uirtutē

quidam uirtutē
iustitie uirtutē
dicitur.

Ammonia
sup dicitur.

per

pyrum

quoniam dicitur
quod dicitur

sedendum: canes ad seruandū: capræ ad lac: oues ad lanitia cōdite sunt: ita sues & ceruos & capreas & lepores: &c. sed illa nō statim ad comedendū creata esse: sed in alios usus hoīum. Si enim oē quod mouetur & uiuit: ad uelendū factū est: & preparatū gulæ: respondeant mihi cur elephanti: cur leones: ursi: leopardi: lupi: cur uipe: scorpīi: culices: pulicesq;: cur uultur: aquila: coruus: accipiter: cur cete: delphines: phocæ: minutæq; cocleolæ conditæ sunt. Quis nfm leonē: quis uiperā: quis uolucrē: quis ciconiā: quis miluū: quis reptantes in littoribus uermiculos unq; comederit: Sicut igitur hæc proprios usus habent: ita possumus dicere & cæteras bestias pifces: aues: nō ad esum: sed ad medicinā creatas. Deniq; carnes uiperæ unde tyriaca conficitur: quātis rebus aptæ sint: norunt medici: segmenta eboris in medelas uarias assumūtur. fel hyeme oculoꝝ restituit claritatē. ster- cus eius & canū: putrida curat uulnera. Et quod forsitan legenti mis- sit: hoīs simus quantis curationibus profi- ciat Gallienus ἐναπλοῖς. id est in simplicibus docet. Aiunt phisici: q; pellis colubri qua exiuit decocta i oleo mire dolorē auriū mitigat. Quid ita inutile uidetur nescientibus: ut cimices. Si sāguisuga faucibus hæserit: fu- mo eius excepto: statim euomitur: & difficultas urinæ huius appositione laxatur. Porcorū autē & anserū & gal- linarum: phasianorūq; adipēs: quid cōmodi habeant: oēs medicorū declarāt libri: quos si legeris uidebis tot cu- rationes esse in uulture: quot mēbra sunt. Paui simus podagræ feruorē mitigat: Gruis: ciconiæ: fel aquilæ: san- guis accipitris: strutio camelus: ranæ: chameleontes: hyrundinis ster- cus & carnes: quibus morbis aptæ sint di- cerē: si mihi propositū esset de medela corporū disputare: legat qui uult Aristotelē & Theophrastū pro- sa. Mar- cellū Sydetē: & nostꝝ Flauīū hexametris uersibus differentes. P. Lyniū quoq; secundū: & Dioscoridē: & cæte- ros tam phisicos q; medicos: qui nullā herbā: nullū lapidem: nullū animal tā reptile q; uolatile & natatile: nō ad suæ artis utilitatē referunt. Igitur cū mihi dixeris: cur porcus creatus est: statim tibi respondebo puerorū more certantium. cur uiperæ: cur scorpīi: Nec deum superfluum iudicabis artificē. quia plurimæ & bestia & uo- lucres sunt: quas tuæ fauces recusent. Sed ne contenciosū hoc & pugna magis uideatur esse q; uerū: audi iccirco sues & apros & ceruos & reliquas aiātes creatas: ut milites & athletæ: nauarū: rhetorē: metallorūq; fossores: & cæteri duro operi mancipati: haberent cibos: quibus fortitudo corpoꝝ necessaria est: qui portant arma & ciba- ria: qui pugnis & calcibus sua inuicem membra debilitant: qui remos trahunt: quorum latera ad clamandum dicendūq; sunt ualida: qui subuertunt montes: & sub diuo & imbris dormiūt. Cæteræ nra religio nō πικτῆν id est pugilem: non athletas: non nauas: nō milites: non fossores: sed sapientiæ erudit sectatorem: qui se dei cul- tui dedicauit: & scit cur creatus sit: cur uersetur in mūdo: quo abire festinet. Vnde & apostolus loquitur. Quā- do infirmor inquit tunc fortior sū. Et si exterior noster homo corrumpitur: sed interior renouatur de die in diē. Et cupio dissolui & esse cum Christo. Et carnis curam ne feceritis in desideriis. Nunquid omnibus preceptum est: ne duas tunicas habeant: ne cibos in pera: res in zona: uirgam in manu: calciamentum in pedibus: ut uen- dant uniuersa quæ possident: dentq; pauperibus: & sequantur Iesū: Sed iis utiq; qui uolunt esse perfecti: alio- quin a Ioāne baptista aliud precipitur militibus aliud publicanis: Dominus autē dicit in euangelio ad eū qui se iactauerat legis uniuersa complexisse. Si uis perfectus esse uade uende oīa quæ habes: & da pauperibus: & ueni sequere me. ne graue onus nolenti uideretur iponere: in propria audientis uoluntate dimisit dicens: si uis perfe- ctus esse. Quamobrē & ego tibi dicā. Si uis pfectus esse bonū est uinū non bibere & carnē non manducare. Si uis perfectus esse melius est saginare animam q; corpus. Si autem adhuc paruulus es: & cocorū iura te dele- ctant: nemo eripit faucibus tuis esculentas dapes. Manduca & bibe: & si tibi placet: cum israele lude consurgēs & canito: manducemus & bibamus: cras enim moriemur. Manducet & bibat: qui post cibos expectat interitū. qui cum Epicuro dicit: post mortem autem nihil est. & mors ipsa nihil est. Nos Paulo credimus intonanti: esca- uentris: & uenter escis. deus autem & hunc & illam destruet.

Cap. XXXVI.

Hæc autē de scripturis pauca posuimus: ut congruere nra cum philosophis doceremus. Cæterum quis ignoret: unāquāq; gentē nō cōi lege naturæ: sed his quoq; apud se copia est uesci solitam. Verbi grā: Arabes & Saraceni & omnis heremi barbaria camelorum lacte & carnibus uiuit: quia huiuscemodi aial pro tpe & sterilitate regionum facile apud eos & gignitur & nutritur. si nefas arbitrantur: porcorū uesci car- nibus: Sues enim qui glande: castaneis: radicibus filicū et hordeo ali solent: aut raro apud eos aut penitus non i- ueniuntur. & si inuenti fuerint: alimenta non habent quæ supradiximus. E regione septentrionales populos: si ad esum asinorū camelorūq; compellas: simile putabūt eorū uesci carnibus: ac si lupū comedere cogant uel cor- uum. In pōto et phrygia uermes albos et obesos qui nigello capite sūt: et nascuntur in lignorū carie pro magnis redditibus paterfamilias exigit. Et quomodo apud nos attagen & ficedula: mullus & scarus in delitiis compu- tantur: ita apud illos ξυλοφάγιον comedisse luxuria est. Rursum orientales & Lybiæ populos: quia per deser- tum & calidam heremi uastitatem locustarum nubes reperiuntur: locustis uesci moris est. Hoc uerū esse Ioan- nes quoq; baptista probat. Compelle phrygē & ponticū: ut locustam comedat: nefas putabit. Coge syrū: atri- cum & arabē: ut uermes ponticos glutiat: ita eos aspiciet: ut muscas: millepedas & lacertos. Quāq; Syri & cro- codilis terrenis: Afri etiam lacertis uiridibus uesci soleant. In ægypto & palæstina propter boum raritatem ne- mo uaccam comedit: tauroꝝ carnes & boum uituloꝝ assumunt in cibos. At in nra prouincia scelus putant ui- tulos deuorare. Vnde et imperator Valens nuper legem per orientem dederat: ne quis uituloꝝ carnibus uesce- retur: utilitati agriculturæ prouidens: et pessimam iudaizantis uulgi emendans consuetudinem: pro altibus et lactentibus uitulos consumentis. Nomades & trogloditæ & scitæ et hunnoꝝ noua feritas semicrudis uescunt carnibus: Porro Ichthyopāgi gens errans in littore maris rubri: super petras solis calore feruētes assant pifces: et hoc solo alimento uictitant. Sarmatæ: Quadi: Vandali et innumerabiles aliæ gentes equorū et uulpiū car-

uolucrom

Uiperæ
hyeme

Epicurus

xylophagion
Locusta

Imperator Valens
phryge

Asinum
alioꝝ pro
pauit huius

alibus

Scoti

Masfagete
Tibareni
Hircani
Syrus
Bactri

Thymus byzant.

Von Sacutus Comos.

Thymus byzant.

Pythagoras
Platonis
Stoici

Crates

Vetus Soma

nibus delectantur. Quid loquar de cæteris nationibus: cū ipse adolescētulus in Gallia uiderim Scotos gen-
 tē britannicā humanis uesci carnibus: & cū per siluas porcorū greges & armentorū pecudūq; reperiant: pasto-
 nates & feminas: papillas solere abscidere: & has solas ciborū delicias arbitrari: Scotorū natio uxores proprias
 non habet: Et quasi Platonis politiam legerit: & Catonis scētetur exemplū nulla apud eos coniunx propria ē:
 sed ut cuiq; libitū fuerit: pecudū more lasciuiūt. Persæ: Medi: Indi: & Ethiopes: regna non modica: & Romano
 regno paria: cū matribus & auis: cū filiabus & neptibus copulantur. Massagetæ & Derbices miserimos putāt
 qui egrotatione moriantur & parentes. cognatos: propinquos: cū ad senectam uenerint: iugulatos deuorant: re-
 ctius esse dicentes: ut a se potius q̄ a uermibus comedantur. Tibareni: quos dilexerint senes suspendūt in pati-
 bulis. Hircani uolucris & canibus semiuuos proiciūt. Capsiu bestias mortuos proiciūt. Schytæ eos qui a de-
 functis amati sunt: uiuos infodiunt cū ossibus mortuorū. Bactri canibus ad hoc ipsam nutritis obiciunt senes.
 Quod cū Alexandri prefectus Nicānor emendare uoluisset: pene amisit prouinciā. Coge ægyptiū: ut ouium
 lacte uescatur. Impelle si uales Pelusioten ut manducet cepe. Singulæ pene i ægypto ciuitates singulas bestias
 & monstra uenerantur. Et quodcunq; uoluerint: hoc inuolabile & sacrum putant. Vnde & urbes quoq; apud
 eos ex animalium uocabulis nuncupantur. Leonto: Cyno: Lyco: Busyris: Thymius quod interpretatur hircus
 Et ut sciremus: quales deos semper ægyptus recepisset: nuper ab Hadriani amasio urbs eorū Antinous appella-
 ta est. Peruides igitur q; non solum in elu: sed & in sepulturis & in connubiis: & in omni conuersatione unaquæ
 q; gens suo ritu & proprietatibus uictit: & hoc eam naturæ legem putare quod didicit. Verū fac esum carniū
 cunctis nationibus esse cōem: & passim licere quod passim gignitur. Quid ad nos: quorū conuersatio in cælis
 est: Qui super Pythagoram & Empedocle: & omnes sapientiæ sectatores: non ei debemus cui nascimur: sed
 cui renascimur: qui repugnantem carnem: & ad libidinum incentiua rapientem inedia subiugamus. Esus car-
 nium: & potus uini: carnisq; saturitas seminarium libidinis est. Vnde & comicus: Sine cerere iquit & libero fri-
 get uenus.

Cap. XXXVII.

Per quinque sensus: quasi per quasdam fenestras: ueriorū ad aiām introitus est. Non potest ante metro-
 polis & arx mentis capi: nisi per portas eius irruerit hostilis exercitus. Horū perturbationibus aiā pre-
 grauatur: & capitur aspectus: auditus: odoratus: sapor: tactus. Si Cyrcensibus quispiā delectetur: si Ath-
 letarū certamine: si mobilitate histrionum: si formis mulierū: splendore gemarū: uestiū: metallorū: & cæteris hu-
 iuscemodi per oculorū fenestras aiā capta libertas est: & impietur illud propheticū: mors intrauit per fenestras
 uīas. Rursum auditus uario organorū cantu: & uocum flexionibus delinitur: & carmine poetarum: & Comæ-
 dorū minorūq; urbanitatibus & strophis & quicquid per aures introiens uirilitem mentis effeminat. Odo-
 ris aut suauitas & diuersa Thymiamata & amomū: cyphi: oenathemuscus: & peregrini muris pellicula: q; dis-
 solutis & amatoribus cōueniat: nemo nisi dissolutus negat. Porro ciborū auiditas q; auaritiæ mater sit: & aiām
 quasi quibusdam compedibus degrauiatū in terra teneat: quis ignorat: Propter breuem gulæ uoluptatem: ter-
 ræ lustrantur et maria: et ut mulsū uinū preciosusq; cibus fauces nras trāseat: totius uitæ opera desudamus.
 Tactus aut alienorū corporū: et sceminarū ardentior appetitus: uicinus insanix est. Ob hunc sensū cupimus: ira
 scimur: gestimus: inuidemur: æmulamur: solliciti sumus: et expleta uoluptate: per quandā plenitudinē rursus
 accendimur: quærimusq; facere: quod cū faceribus: iterū pœniteamus. Igitur cū per has portas quasi quidam
 pturbationū cunei ad arcē nrae mentis intrauerint: ubi erit libertas: ubi fortitudo eius: ubi de deo cogitatio ma-
 xime cū tactus depingat sibi etiam preteritas uoluptates: Et recordatione uitiorū cogat aiām cōpati: et quodā
 modo exercere quod non agit: His igitur rationibus inuitati multi philosophorū reliquerunt frequentias urbi
 um: et hortulos suburbanos: ubi ager irriguus et arborū comæ: et sulcatus auiū: fontis speculū: riuus immurmu-
 rans: et multæ oculorū auriūq; illecebræ sūt: ne per luxum & abundantiam copiarū animæ fortitudo mollesce-
 ret: & eius pudicitia constupraretur. Inutile quippe est crebro uideri: per quæ aliquādo captus sis: & corū te ex-
 perimento cōmittere: quibus difficulter careas. Nam & Pythagoræi huiuscemodi frequentiam declinantes i
 solitudine & desertis locis habitare consueuerunt. Platonici quoq; & Stoici in templorum locis & porticibus
 uersabantur: ut admoniti angustioris habitaculi sanctitate: nihil aliud q̄ de uirtutibus cogitarent. Sed & ipse
 Plato cū esset diues: & toros eius Diogenes luteis pedibus conculcasset: ut posset uacare philosophiæ elegit Aca-
 demiam uillam ab urbe procul non solū desertam: sed et pestilentem: ut cura et assiduitate morborum libidi-
 nis impetus frangeretur: discipulūq; sui nullam aliam sentirent uoluptatem: nisi earum rerum quas discerent.
 Quosdam legimus effodisse sibi oculos: ne per eorū uisum a contemplatione philosophiæ auocarentur. Vn-
 de & Crates ille Thebanus proiecto in mari non paruo auri pondere: abite inquit pessum male cupiditates:
 ego uos mergam: ne ipse mergar a uobis. Quod si quis existimat: & abundantia ciborū portionūq; semper frui
 & uacare posse sapiētix: hoc est et uersari in delitiis: et deliciarū uitiis non teneri seipsum decipit. Cū enim pro-
 cul ab his remoti sæpe capiamur naturæ illecebris: & cogamur ea cupere quorū copiam nō habemus: q̄to ma-
 gis si circumdati rebus uoluptatum esse nos liberos arbitremur: Sensus noster illud cogitat: quod uidet: audit:
 odoratur: gustat: attrectat: & ad eius rei trahitur appetitum: cuius capitur uoluptate. Quod mens uideat: et
 mens audiat: et q; nec audire quippiam: nec uidere possumus: nisi sensus in ea quæ cernimus et audimus fuerit
 intentus. Vetus quoq; sententia est: difficile est immo impossibile: delitiis et uoluptatibus affluentes non ea cogita-
 re quæ gerimus: frustra q; quidam simulant salua fide et pudicitia et integritate mentis: se abuti uoluptatibus:
 cum contra naturam sit: copiis uoluptatum sine uoluptate perfrui. Et apostolus hoc ipsū cauēs dixerit: Quæ
 autem in delitiis uiuens est uidua: mortua est.

Cap. XXXVIII.

Sensus

Genera
Eda cura sanctorum
Bibe cura claustrorum

corpore

De non habet
ne satis

in pinguis

Ingenit

In pinguis

In pinguis

Sensus corporum quasi equi sunt: sine ratione currentes: anima uero in aurigae modum retinet frenas currentium. Et quod equi absque rectore precipites ruunt: ita corpus sine ratione & imperio animae suum fertur interitum. Alia quoque comparatio animae & corporis a philosophis ponitur: corpus pueri: animam pedagogum esse dicentibus. Vnde & historicus: animae imperio: corporis seruitio magis utimur. alterum nobis cum diis: alterum cum baluis coe est. Igitur nisi uitia adolescentis & pueri prudentia pedagogi rexerit: omnis conatus eius & impetus ad lasciuia prope- rant: sine quatuor sensibus uiuere possumus. id est sine aspectu: auditu: odoratu: atque complexu. Absque gustu autem & cibus impossibile est humanum corpus subsistere. Adesse ergo debet ratio: ut tales ac tantas sumamus escas: quibus non oneretur corpus: nec libertas animae pregrauetur: quia & comedendum est: & deambulandum: & dormiendum: et digerendum: et postea inflatis uenis in centiua libidinis sustinenda. luxuriosa res uinum: et tumultuosa ebrietas. Omnis autem qui cum his miscetur non erit sapiens. Nec tales accipiamus cibos: quos aut difficulter digerere: aut comestos magno partos: et perditos labore doleamus. Oleum et pomorum ac leguminum: et facilius apparatus est: et arte impediunt: cocorum non indiget: et sine cura sustentat humanum corpus: moderateque sumptus. quia nec auide deuoratur: et quod irritamenta gula non habet: leniori digestionem concoquitur. Nemo enim uno et duobus cibus iisque uilibus usque ad inflationem uentris oneratur: quae diuersitate carniu et saporis delectatione concipitur: cum uariis nidoribus fumant patinae: et ad esum sui expleta esurie: quasi captiuos trahunt. Vnde et morbi ex saturitate nimia concitantur: multique impatientia gula uomitu remediuntur: et quod turpiter ingererunt: turpius egerunt: Hippocrates in amphorismis docet crassa et obesa corpora quae crescendi mensuram impleuerint: nisi cito ablatione sanguinis minuantur: in paralytin & pessima morborum genera erumpere: & iccirco esse necessariam deprecationem: ut rursus habeant in qua possint crescere. Non enim manere in uno statu natura corporum potest: sed aut crescere semper: aut decrecere habet: nec posse uiuere aial: nisi crescendi capax sit. Vnde & Gallienus etiam doctissimus Hippocratis interpretas athletas quorum uita & ars sagina est: dicit in exhortatione medicinae nec uiuere posse diu: nec sanos esse: aniamque eorum ita nimio sanguine & adipibus quasi luto inuolutas nihil tenue: nihil caeleste: sed semper de carnibus: & uictu: & uetris igne cogitare. Diogenes tyrannos & subuersores urbium: bellaque uel hostilia uel ciuilia: non simpliciter uictu oleum pomorumque sed per carnibus & epularum delitiis asserit excitari. Quodque mirandum sit: Epicurus uoluptatis assertor: omnes libros suos repleuit oleribus & pomis & uilibus cibus dicit esse uiuendum: quia carnes & exquisitae epulae ingenti cura ac miseria preparentur: maioremque poenam habeant inquerendo: quam uoluptatem in abutendo. Corpora autem nostra cibo tantum & potu indigere. ubi aqua & panis sit: & caetera his similia: ubi naturae satisfactum quicquid supra fuerit: non ad uitae necessitatem spectat: sed ad uitium uoluptatis: Bibere & comedere non delinere ardore: sed sitim famemque restringere. Qui carnibus uescuntur: indigere etiam iis quae non sunt carniu: Qui autem simplici uictu abutantur eos carnes non requirere: Sapietiam quoque operam dare non possumus: si mensa abundantiam cogitemus: quae labore nimio. & cura diligenti atque indigenti indiget. Cito expletur naturae necessitas: frigus & fames simplici uestitu et cibo expelli potest. unde et apostolus habentes inquit uictum et uestitum his contenti sumus. Deliciae et epulae uarietates: fomenta auaritia sunt: Gradis exultatio anime est: cum paru contentus fueris cibo: mundum habere sub pedibus: et omnem eius potentiam: epulas: libidines: propter quae diuitiae comparantur: uilibus mutare cibus: et crassiore tunica compensare. Tolle epulas: et libidinis luxuriam: nemo quare diuitias: quarum usus aut in uentre aut sub uentre est. Qui egrotat: non aliter recipit sanitatem: nisi tenui cibo et castigato uictu: quae λεπτη διαίτη id est tenuis dieta dicitur. Quibus ergo cibus recipitur sanitas: his et seruari potest: ne quis putet morbos oleribus concitari. Si autem Milonis illius Crotoniatae uires olera non ministrant: quae nascuntur et aluntur ex carnibus: quid necesse est uiro sapienti et philosopho Christi tantam habere fortitudinem: quae athleticis et militibus necessaria est: Quam cum habuerit ad uitia prouocetur. Illi arbitrantur carnes sanitati congruas: qui uolunt abuti libidine: et in caenum demergi uoluptatum ad coitum semper exaestuam. Christiano sanitas absque uiribus nimis necessaria est. Nec turbare nos debet: si rari sint huius propositi sectatores: quia rari sunt et amici boni et fideles et pudici et continentes. semperque uirtus rara est. Lege Fabritii continentiam: Curii paupertatem: et in tanta urbe uix paucos inuenies: quos sequare. Noli timere ne si carnes non comederis: aucupes et uenatores frustra artificia didicerint. Legimus quosdam morbo articulari et podagrae humoribus laborantes. prescriptione bonorum: ad simplicem mensam et pauperes cibos redactos conualuisse. Caruerat enim sollicitudine dispensanda domus: et epularum largitate: quae et corpus frangunt et animam. Irridet Oratius appetitum ciborum: qui consumpti relinquunt poenitentiam.

Sperne uoluptates: nocet empta dolore uoluptas.
Et cum in amoenissimo agro in morsu uoluptuosorum hominum se crassum pingueque describeret: lusit his uersibus.
Me pinguem et nitidum bene curata cute uises:
Cum ridere uoles Epicuri de grege porcum.

Cap. XXXIX.

Sed et ex uilissimis cibus uitanda satietas est. Nihil enim ita obruit animum: ut plenus uenter: et exaestuans: & huc illucque se uertens: & in ructus uel in crepitus uentris efflatione respirans. Quale illud ieiunium est: aut qualis illa refectio post ieiunium cum pridianis epulis distenditur: & guttur nostrum mediatorum efficitur latinarum: Dum uolumus prolixioris inediae fame carere: tantum uoramus: quantum uix alterius diei nox digerat. Itaque non tam ieiunium appellandum est: quam crapula ac fetens & molesta digestio. Diocearchus in libris antiquitatum & descriptione Graeciae: refert sub Saturno id est in aureo saeculo: cum omnia humus funderet: nullum comedisse carnes: sed uniuersos uixisse frugibus & pomis: quae sponte terra gignebat. Persarum regis Cyri uitam Xenophon octo uoluminibus explicat: polenta & cardamo & sale ac pane cibario.

Comptio Corporis
et anime

Alcibiades debet ratio

Hippocrates

Galenus de regimine saniorum
Galenus

Diogenes
Epicurus

Cito expletur naturae necessitas

Semper uirtus rara est
Fabritius
Curius praep.

Plenus uenter

Guttur mediatorum latinarum

Diocearchus

Xenophon in Persia

Cheremon eloquentissimus
de vita sacerdotum.

Iunius
Lac.
Iosephus.

de vita philosophorum in quinto
libro.

Gymnosophista
Bragmanes
Samanej
Propheete Iouis
Triptolemi leges
Orpheus
Antisthenes

Diogenes: eiusque doctrina

Satyrus
Hemerobius

Trophi

eos asserens uictitare: Lacedæmoniorum mense frugalitatisque & superscriptus Xenophon & Theophrastus & oēs pene scriptores Græciæ testes sunt. Cheremon Stoicus uir eloquentissimus narrat de uita antiquorum ægypti sacerdotum quod oibus mundi uegociis curisque postpositis semper in templo fuerint: & rerum naturas causasque ac rationes syderum contemplanti sint: nunquam mulieribus se miscuerint: nunquam cognatos & propinquos, ne liberos quidem uiderint: ex eo tempore quo cepissent diuino cultu deseruere: & carnibus & uino se semper abstinerint: propter tenuitatem sensus & uertiginem capitis: quod ex paruo cibo patiebantur: & maxime propter appetitus libidinis: qui ex his cibis & ex hac potatione nascuntur, pane raro uesciebantur: ne onerarent stomachum. Et si quando comedebant: tonsu pariter isopum sumebant in cibo: ut escam grauiorem illius calore decoquerent. Oleum tantum in oleribus nouerant: uerum & ipsi sum parum propter nauisam & asperitatem gustus leniendam. Quid loquar inquit de uolatilibus cum ouum quoque pro carnibus uitauerint & lac? Quorum alterum carnes liquidas: alterum sanguinem esse dicebant colore mutato. Cubile eis de foliis palmarum: quas Bayas uocant, contextum erat scabellum acilue: & ex una parte obliquum: in terra pro puluillo capiti supponebant: bidui triduique inedia sustinentes. Humores corporis qui nascuntur ex ocio: & ex mansione unius loci nimia uictus castigatione siccabant. Iosephus in secunda iudaica captiuitatis historia: & in octauo decimo antiquitatum libro: & contra Appionem: duobus uoluminibus tria describit dogmata iudeorum. Phariseos: Saduceos: Essæos. Quorum nouissimos miris effert laudibus: quod & ab uxoribus & uino & carnibus semper abstinerint: & quotidianum ieiunium uerterint in naturam. Super quorum uita & Philo uir doctissimus proprium uolumen edidit. Eantes Cizycenus & Asclepiades cyprius: ætate qua Pygmalcon in oriente regnabat: scribunt esum carni non fuisse. Eubulus quoque qui historiam Mithræ multis uoluminibus explicuit: narrat apud Persas tria genera Magorum: quorum primos qui sunt doctissimi & eloquentissimi excepta farina & oleribus nihil aliud in cibo sumere: Apud Eleusina etiam uolucris & piscibus & quibusdam pomis abstinerere solent. Bardesanes uir babilonius in duo dogmata apud Indos gymnosophistas diuidit: quorum alterum appellat bragmanas: alterum samaneos: qui tantæ continentie sint ut uel pomis arborum iuxta gangem fluium: uel publico orizæ & farinæ alantur cibo: & cum rex ad eos uenerit: adorare illos solitus sit: pacemque suæ prouinciæ in illorum precibus arbitrari sita. Euripides in creta Iouis prophetas non solum carnibus sed & coctis cibis abstinuisset fertur. Xenocrates philosophus de Triptolemi legibus apud athenienses tria tantum precepta in templo Eleusinae resideret scribit: honorandos parentes: uenerandos deos: carnibus non uescendum. Orpheus in carmine suo esum carniū detestatur. Pythagoræ, Socratis, Antisthenis: & reliquorum frugalitatem referrem in consensione nram: nisi & longum esset: & proprii operis indigeret officio. Hic certe est Antisthenes qui cum gloriose docuisset rhetoricam: audissetque Socratem dixisse fertur ad discipulos suos: Abite: & magis querite ego enim iam repperi. Statimque uenditis quæ habebat: et publice distributis nihil sibi plus quam palliolum reseruauit. Paupertatisque eius et laboris et Xenophon testis est in symposio: et inumerabiles libri eius: quorum alios philosophico: alios rhetorico genere scripsit. Huius Diogenes ille famosissimus sectator fuit: potentior rege Alexandro: et naturam uictoris humanam. Nam cum discipulorum Antisthenes nullum recipe ret: et perseuerantem Diogenem remouere non posset: nouissime claua minatus est: nisi abiret. Cui ille subiecisse dicitur caput: atque dixisse: nullus tam durus baculus erit: qui me a tuo possit obsequio separare. Refert Satyrus: qui illustrium uirorum scribit historias: quod Diogenes palliolo duplici usus sit propter frigus: peram pro celario habuerit: secumque portarit clauam ob corpusculi fragilitatem: qua iam senex membra sustentare solitus erat. Et in uersibus id est diarii uictus uulgo appellatus sit. in presentem horam poscens a quolibet: et accipiens cibum. habitauit autem in portarum uestibulis et porticibus ciuitatum. Cumque se contorqueret in dolio: uolubile se habere domum iocabatur: et se cum temporibus immutantem. frigore enim os dolii uertebat in meridiem: æstate ad septentrionem & utcumque sol se inclinauerat: Diogenes simul pretorium uertebatur. Quodam uero tempore habens ad postandum cauum ligneum: uidit puerum manu concaua bibere: et elisisse illud fertur ad terram dicens. Nesciebam quod natura haberet poculum. Virtutem eius et continentiam mors quoque indicat. Nam cum ad agonem olimpiacum qui magna frequentia græciæ celebrabatur: iam senex pergeret: febre in itinere dicitur apprehensus accubuisse in crepidine uia. uolentibusque eum amicis aut in iumentum aut in ueliculum leuare non acquieuit: sed transiens ad arboris umbram locutus est. Abite quæso: & spectatum pergit. hæc me nox aut uictoris probabit aut uictum. Si febre uicero: ad agonem ueniã. Si me uicerit febris: ad inferna descenda. Ibi quoque per noctem elisoguttur: non tam mori se ait: quam febre morte excludere. Vnius tantum philosophi exemplum posui. ut formosuli nostri & trofili: & uix sumis pedibus adubrantes uestigia: quorum uerba in pugnis sunt: & syllogismi in calcibus: qui paupertatem apostolorum & crucis duriciam aut nesciunt aut contemunt: imitent saltem gentiliu parcitate. Cap. LX.

Hæc de argumentis philosophorum exemplisque disserui. Nunc ad exordium generis humani id est ad nostra transiens: docebo primum Adam & in paradiso accepisse preceptum: ut cætera poma comedens: ab una arbore ieiunaret. Beatitudo paradisi absque abstinentia cibi non potuit dedicari. Quoad Adam ieiunauit in paradiso fuit: comedit & eiectus est. eiectusque statim duxit uxorem. Qui ieiunans in paradiso uirgo fuerat: satur in terra matrimonio copulatur. & tamen eiectus non protinus accipit licentiam carniū uescenda: sed tantum poma arborum & fruges segetum: & herbarum olera ei traduntur in cibum. ut exul quoque paradisi non carnibus quæ in paradiso non erant: sed similitudine frugum paradisi uesceretur. postea uero uidens deus quod diligenter appositum esset ad malitiam cor hominis ab adolescentia: & spiritus eius in iis permanere non posset: qui erant caro. opera carnis diluuiū condennauit: & audissimam hominum gulam probans dedit eis licentiam comedendarum carniū: ut dum sibi intelligunt licere oia. non desiderarent magnopere quod licebat nec mandatum in causam uerteret preuaricatiois: Quamquam & tunc ex parte imperatum de immundis animalibus ieiunium sit. nam cum

alia

alia munda dicantur: alia imunda: & in archa Noe de imundis bina: de mundis introducuntur iparia: & utiq; imundorū esus ablati sunt: ne sine causa dicerentur imunda: ex parte ieiunium dedicatum est: docens abstinētia omnium in quorūdam recessione. Cur perdidit Esau primogenita sua? Nōne propter cibū: Impatientiamq; gulæ languoris emendare non potuit. Eiectus de ægypto populus Israel & in terrā repromissionis lacte & melle manantē introducēdus: ægyptias carnes & pepones: alliaq; desiderat. Vtinā inquit obissemus percussī a deo in terrā ægypti: quādo sup ollas carniū sedebamus. Et iterū: Quis nos uescet carnibus? Venerūt in mentē nobis pisces quos in ægypto comedebamus gratis: & cucumeres: & pepones: & porri: & cepe: & allia. At nūc aīa nra arida: nihil nisi māna oculi nri cōspiciūt. Angelorū cibū cōtēnētes: carnes ægyptias suspirabant. Moyses quadraginta diebus & noctibus ieiunus ī mōte Syna: etiā tūc p̄bans: nō in pane solo uiuere hoīem: se in oī uerbo dei: cū do mino loquitur. populus aut satur idola fabricat. Ille uacuo uentre legē accipit scriptā digito domini: iste mādu cans & bibens: cōsurgensq; ludere: aurū conflāt in uitulū: & ægyptiū bouē prefert domini maiestati. Tot dieꝝ labor: unius horæ saturitate perit. Frangit audacter Moyses tabulas: sciebat enim dei sermonē nō posse audiri temulentos: icrassatus est & pinguefactus: & dilatatus: & recalcitrauit dilectus: & dereliquit dominū: qui fecerat eū: & abscessit a deo saluari suo. Vnde & in codē deuteronomio precipitur: ne cum manducaueris & bibe ris: & domos optimas ædificaueris: ouibus & bobus tuis multiplicatis & argento & auro extollatur cor tuū: & obliuiscaris domini tui. Deniq; manducauit populus: & icrassatū est cor eius: ne uideret oculis: & audiret auribus: & corde contineret: & uulū ieiunātis Moysi: & iuxta hebraicā ueritatē: dei cōfabulatiōe cornutū pastus & pinguior populus sustinere non potuit. Quamobrē dominus nri atq; Saluator nō ob differentiā uirginitatis & nuptiarū: ut quidā putant: sed ob ieiuniorū consortia Moysē & Heliam transfiguratus in monte secum ostendit in gloria. q̄q; Moyses & Helias typū propriæ legis prophetarūq; monstrauerunt: sicut manifeste scriptura euangelii testatur. dicebant ei exitū: quem completurus erat in Hierusalē. passionē enim domini non uirginitas & nuptiæ: sed lex nūciat & propheta: Quod si contentiose in Moysē nuptias: in Helia uirginitatē dixerint demonstrari: breuiter audiant Moysē mortuū & sepultū: Heliam igneo curru raptū: ante immortalē esse cœpisse: q̄ mortuū. Sed nec secūda conscriptio tabularū: absq; ieiunio potuit ipetrari. Quod ebrietas pdiderat: inedia repperit. Ex quo ostenditur posse nos per ieiunium redire in paradisu. unde per saturitatē fueramus eiectione stationē ipetrauit soli & lunæ. & inedia plusq; unius diei uictoris exercitus p̄telauit. Saul sicut in regnoꝝ primo libro scribitur: maledictus inquit qui ederit panē usq; ad uesperā: donec ulciscar me de inimicis meis. Et nō gustauit oīs populus eius: & tota terra prandebat. Tantaq; fuit auctoritas stationis semel domino destinata: ut Ionatham qui causā uictoriæ extiterat: deprehenderet fors: & ignorantia crimen declinare nō posset. p̄risq; in se concitaret manum: & uix populi precibus saluaretur. Helias quadraginta dieꝝ ieiunio preparatus: deū uidit in monte Oreb: audiuitq; ab eo: quid tu hic helia? Multo familiarior ista uox: q̄ illa in Genesi. Adam ubi es? Illa enim pastū terrebat & perditū. hæc ieiunanti famulo blandiebatur. Congregatum Samuel populū in Masphat: indicto ieiunio roborauit: & fecit hostibus fortiorē. Assyrios ipetū: & potētia Sēnacherib Ezechia regis lachrymæ saccus & humiliatio uictus fregit: prostrauit & uicit. Et e contrario ciuitas Ninue iminentem irā domini: ieiuniorū miseratione detorsit. quā & Sodoma placasset & Gomorra: si uoluisset agere pœnitentiam: & lachrymas pœnitentiæ p̄ocinante conciliare ieiunio. Acab rex ipiissimus: ut sniam dei subterfugeret: & euersio domus eius differretur in posteros: ieiunio impetrauit & sacco. Anna uxor Elchane inanem cibo uentrem filio meruit implere. Periclitantur in babylone magi: omnis coniectō & auriolus & aruspex ceditur. Daniel & tres pueri reuelationem merentur ieiunio. & pasti leguminibus pulchriores sunt & prudentiores his: qui de mensa regis carnibus uescēbātur. Deinde scriptum est: q; Daniel tribus hebdomadis ieiunauerit: panem suauem non comederit: caro & uinum non intrauerit os eius: oleo unctus non sit: et uenerit ad eū angelus dicens. Daniel homo miserabilis es. Qui deo miserabilis apparuerat post ieiunium: leonibus in lacu fuerat horribilis. Quā pulchra res quæ placat deum: leones mitigat: dæmones terret. Mittitur ad eum licet hoc i hebraicis uoluminibus non inuenerimus Abacuch messorū prandium portans. Talem enim discophorum inedia meruerat hebdomadis: Dauid periclitante filio post adulterium εφομολογεσιν in cinere et ieiunio facit dicens. Qui cenerem tāq; panem manducabam: et potum meum cū fletu miscebam. Et infirmata sunt in ieiunio genua mea. et certe iā audierat a Nathan. Dominus abstulit te hoc peccatum. Sāpson et Samuel uinum et siceram non bibunt. Erāt enim filii repromissionis: et per abstinētia ieiuniorūq; concepti. Aaron et ceteri sacerdotes ingressuri templū omne quod potest inebriare nō potant: ne moriantur. Ex quo intelligimus mori eos: qui in ecclesia non sobriū ministrant. Quamobrē exprobratur Israeli: potum dabatis Nazareis meis uinum. Ionadab filius Zechab precepit filiis suis ut non biberent uinum usq; in æternū. Quibus cū offerret Hieremias ut biberēt: et illi biberē noluisent: loquitur dominus per pphetā. quia obedistis precepto Ionadab patris ur̄i nō deficiet uir de stirpe Ionadab filii Zechab: stans in cōspectu meo cūctis diebus.

Cap. XLI.

In foribus euangelii Anna filia Phanuelis uniuira iducit: sempq; ieiunās. Et dominū uirginē lōga castitas lōgaq; ieiunia suscepe. Præcurfor eius & preco locustis aliis & siluestri melle nō carnibus: hitatio q; deserti & icunabula moachorū talibus ichoanē alimētis. Sed & ipse dñs baptisma suū. xl. dieꝝ ieiunio dedicauit: & acriora dæmōia docuit nō nisi orōne & ieiuniis posse superari. Cornelius ceterio ut spūm sanctū acciperet anteq; baptisma: elemosynis meruit crebrisq; ieiuniis. Paulus apostolus post famē & siti et ceteros labores suos et pericula latronum: naufragii: solitudinis: crebra ieiunia enumerat. Et discipulo Timotheo dolenti

d iiii .xxx. iiii.

Ieiunia animalia

Sup. illas omnia Nihilam

Moses Cornutus

Ieiunium

Anna uirgine

Cornelius ceterio

Stomachum: & infirmitates plurimas sustineti suadet uini modicam potionem: iam noli inquit aquam bibere. Cui autem dicit: iam noli aquam bibere: ostendit eum aquam ante potasse. Quod non concederet: nisi crebra infirmitates & dolor stomachi postulassent. Reprobatur quidem apostolus eos: qui prohibebat nuptias: & iuebant cibis abstinere quos deus creauit ad utendum cum gratia actione, sed Martione designat & Tatianum & ceteros hereticos: qui abstinentiam indicant perpetuam: ad destruenda & continentia & abominanda opera creatoris: nos autem & creaturam omnem laudamus dei: & maciem saginam: abstinentiam luxuriam: ieiunia preferimus saturitati. Vir quippe in laboribus laborat sibi & uinum facit in interitum suum. Et a diebus Iohannis baptiste ieiunatoris & uirginis regnum caelorum uinum patitur: & uolenti diripiunt illud. Timemus enim ne ab aduentu aeterni iudicis: sicut in diebus diluuii: & euerfionis Sodomae & Gomorrae deprehendamus manducantes & bibentes: & nubentes: & nuptum tradentes. Nam & diluuium & ignis de caelo saturitatem pariter & nuptias quas deleret inuenit. Nec mirum si omne quod in macello uenditur: apostolus emi iubeat & comedit: cum idolatris & adhuc in templis idolorum quasi idolotheta uescientibus: pro summa abstinentia fuerit cibis tantum abstinere gentiliu. Quod si sic loquitur ad romanos: is qui manducant: non manducantem non spernat & qui non manducat manducantem non iudicat: non inter ieiunia & saturitatem aequalia merita dispensat: sed contra eos loquitur: qui in Christum credentes adhuc iudaizabant. & eos qui ex gentibus crediderant: monet ne scandalizet illos cibo suo: qui adhuc infirmiores erant in fide: Denique & in consequentibus hoc ipsum sonat: Scio & confido in domino Iesu: quod nihil commune per seipsum est: nisi ei qui existimat qui comest esse illi comest esse. Si enim propter cibum frater tuus contristatur: iam non secundum charitatem ambulat. Noli cibo tuo illum perdere: pro quo Christus mortuus est: non ergo blasphemetur bonum nomen: non est enim regnum dei esca & potus. Ac ne quis putaret hoc de ieiuniis dici: & non de superstitione iudaica: statim edisserit: alius credit manducare omnia. Qui autem infirmus est: olera manducet. Et rursum. Alius iudicat diem plus quam diem: alius iudicat omnem diem. unusquisque in suo sensu abundat. Qui sapit: diem domino sapit. Et qui manducat: domino manducat. gratias agit enim deo. Et qui non manducat: domino non manducat: & gratias agit deo: Qui enim infirmi erant in fide adhuc: & alias carnes mundas: alias arbitrabantur immundas & inter diem & diem esse aliquid aestimabant. Verbi gratia: sanctius esse sabbatum: & neomenias: & scenophagiam: reliquos dies: iubentur olera manducare: quae indifferenter comeduntur ab omnibus. Qui uero firmioris erant fidei: omnes carnes & omnes dies: aequales esse credebant. Illud autem quod proponere aduersarius ausus est: dominum uoratore & potatore uini a pharisaeis appellatum esse. & qui ad epulas ierit nuptiarum: & conuiuia non despexerit peccatorum: existimo quod nobiscum faciat. Iste enim est dominus ut arbitraris uorator: qui quadraginta diebus christianorum ieiunium sanctificat: qui beatos appellat esurientes: & sitientes: qui escam habere se dicit: non quam discipuli suspicabantur: sed quam in perpetuum non periret. qui de die crastino cogitare prohibet. Qui cum esurisse & sitisse dicatur: & isse frequenter ad praedia: excepto mysterio quod in typum suae passionis expressit: & probandi corporis ueritatem: nec gulae scribitur seruasse nec uentri: Qui diuinitate purpuratum propter epulas narrat in tartaro: & Lazari pauperem ob inedia dicit esse in sinu Abrahae: qui quando ieiunamus ungi caput & lauare precepit faciem: ut non gloriae hominum: sed domino ieiunemus. Qui comedit quidem post resurrectionem partem piscis asini & fauam: non propter esuriam & gutturis suauitatem: sed ut ueritatem sui corporis comprobaret. Nam quotienscumque mortuum suscitauit: iussit ei dari manducare: ne resurrectio fantasma putaretur. Et Lazari post resurrectionem: ob hanc causam scribitur cum domino inisse conuiuium. Nec hoc dicimus: quod negemus pisces & cetera si uoluntas fuerit in cibo esse sumenda: sed quomodo nuptias uirginitatem: ita saturitati & carnibus ieiunia spirituumque preferimus. Si autem Petrus hora sexta pransurus ascendit in coenaculum: fortuita esuries non facit praedictum ieiuniorum. Hoc enim modo & dominus quia ad puteum samaritanae hora sexta sessus refedit. & bibere uoluit: oibus incumbit necessitas: uelint nolint hoc tempore bibendi. Potuit autem fieri: ut uel sabbatum esset uel dies dominicus: & post bidui triduique ieiunium hora sexta esurierit. Nunquam enim crediderim apostolum: si ante unam diem cenauerat: epulisque distectus fuerat: alterius diei esurisse meridie. Quod si cenauit praedie et sequenti die esuriuit ante prandium: existimo quod usque ad facietatem non comederit: qui tam cito potuit esurire. Porro si per Esaiam loquitur deus: quod non tale ieiunium elegerit dicens: in diebus ieiuniorum uestros: inueniuntur uoluntates uestrae: & subiectos percutitis: & in iudicia & in lites ieiunatis: & ceditis pugnis: non tale ieiunium elegi dicit dominus. Quale elegerit: docet: Frange esurienti panem tuum: et pauperes sine tecto: induc in domum tuam. si uideris nudum uesti: et domesticos seminis tui ne despicias. Non igitur ieiunium reprobauit: sed quale uellet ostendit. Neque enim uentris esuries accepta est deo: quam lites et rapinae et libidines destruunt. Si non uult ieiunium deus: quomodo in leuitico precipit: ut septimo mense decima mensis omnis populus ieiunet usque ad uesperam: Et qui non afflixerit animam suam moriatur: Et exterminetur de populo suo: Quare sepulchra concupiscentiae ubi carnibus deditus populus ruit: usque hodie in solitudine perseverant: Et crassus populus ortigomoram scribitur ad coleram usque ructasse. Cur homo dei: ad cuius prophetiam manus aruerat regis Ieroboam: qui manducauit contra edictum dei: ilico percussus est: Et leo qui asinam custodiuit intactam: Prophetae leuanti se de prandio non pepercit: Qui ieiunus miracula fecerat: pransus ilico saturitatis poenas luit. Sed & Iohel clamitat. Sanctificate ieiunium: predicate curationem: ut monstraretur ieiunium sanctificari ceteris operibus: & sanctificatum ieiunium curationi proficere peccatorum. Quomodo autem uirginitati uere non praedicit imitatio uirginum diaboli: ita et ueris ieiuniis costum Iliadis et Cybele: et quorundam ciborum in aeternum abstinentia: maxime cum apud illos: ieiunium panis sagina carniuum comestetur. Et sicut signa quae faciebat Moyses imitabantur signa aegyptiorum: sed non erant in ueritate: nam uirga Moysi uirgas magorum deuorabat: ita et omnia quae per emulationem dei facit diabolus: non religionis nisi superstitio: sed

Martio
Tatianus

Comuna

Sabbatum
Neomenie
Scenophagia

Ne gula seruit non uentri

ortigometram

quid

Velle sum

Neomenie

compendio

statio: sed

stio: sed nra arguit negligentia: id nolentiū facere qd bonū esse: etiā sæculi homines nō ignorāt. Cap. XLII.

Quarta propositio est Iouiniani quæ et extrema: duos esse ordines ouium ponit et hircos: alterum iustorum alterum peccatorum. alios stare a dextris: alios a sinistris et audire iustos. Venite benedicti patris mei possidere paratum uobis regnum a constitutione mundi. Peccatoribus uero dici: Discedite a me maledicti in ignem æternum: qui preparatus est diabolo et angelis eius. Arborem bonam nō posse malos fructus facere: nec malam bonos. Vnde et Saluator loquitur ad iudæos: Vos de patre diabolo estis. et concupiscētias patris uestri facere uultis. Decem uirgines proponit: stultas atq; sapiētes: et quinq; quæ oleum non habuerunt remansisse extrinsecus: alias uero quinq; quæ sibi lumen bonorum operum preparauerant: thalamum intrasse cum sponso. Ascendit ad diluuium et ait. Qui erant cum Noe iusti: seruati sunt: qui uero peccatores: omnes in comune perierunt. Apud Sodomam et Gomorram exceptis duobus gradibus bonorum malorumq;: nulla diuersitas inuenitur. Qui est iustus: eripitur: qui peccator: pari uoratur incendio. una salus liberatis. unus interitus remanentibus. Ne paululum quidem a iusticia declinandum: indicio est uxor Loth. Si autem inquit mihi opponis: quare iustus labore in pace: aut in persecutionibus: si nullus perfectus est: nec maiora premia? Scias hoc cum facere: non ut quid plus mereatur sed ne perdat: quod accipit. In ægypto quoq; decem plagas æqualiter omnes sentiunt peccatores: & similes tenebre domino & seruo: nobili & ignobili: regi iminent & uulgo. Sancto uero dei & populo israel una erat lux. Sic & in mari rubro iusti pariter transeunt: peccatores pariter obruuntur. Sexcenta hominum milia excepta imbelli ætate & sexu: in deserto æqualiter ruunt: & duo qui iusticia pariter erant: æqualiter liberantur: per quadraginta annos cunctus israel similiter laborat & moritur. Gomor manē uniuersis ætatibus una in cibo mensura est. uestitus pariter non deteritur. capilli simul non augentur. barba in comune non crescit. calciamenta ex æquo omnibus durant. Non incaluerunt pedes. cibus in ore cunctorum æqualiter sapit. Ad unam mansionem pari labore & mercede pergebant. Omnis hebræus æquale habet pascha: æqualiter scenophegiæ: æquale sabbatum: æquales neomenias. Septimo requietionis anno absq; personarum discretionē dimittitur: & in iubilæo uniuersa cunctis debita relaxantur: atq; ad antiquam possessionem uenditor redit. Parabolam autem in euangelio seminantis: in qua in bona terra ceterisimus & sexagesimus & tricesimus fructus exoritur: & e contrario in terra mala triplex sterilitatis uarietas indicatur: in duos ordines diuidit: bonæ terræ & malæ. Et quomodo apostolis pro derelictis filiis & uxoribus: in euangelio alio centies: i alio septies dominus repromittit: & in futuro uitam æternam: nullaq; distantia est inter centum & septem: sic & in hoc numero non facere preiudicium: ubi huius terræ fertilitas predicatur: præsertim cum & euangelista Marcus retrorsum numeret: triginta: sexaginta & centum. Dicit dominus: qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem: i me manet & ego in illo. Sicut ergo sine aliqua differentia graduum Christus in nobis est: ita & nos in Christo sine gradibus sumus. Omnis qui diligit me: sermonem meum seruabit: & pater meum diliget eum: & ad eum ueniet: & mansionem apud eum faciemus. Qui iustus est: diligit. qui diligit: uenit ad eum pater & filius: & i eius habitant hospitio. Vbi autem huiusmodi habitator est: puto qd nihil deesse possit hospiti. Si autem dicit: multæ mansiones sunt apud patrem meum: non in regno cælorum diuersas significat mansiones: sed ecclesiarum in toto orbe numerum: quæ constat una per septem. Vado inquit & preparabo uobis locum: non loca. Si hæc repromissio proprie. xii. apostolorum est: ergo Paulus exclusus est de hoc loco: & electionis uas superfluum putabitur & indignus. Ioannes & Iacobus quia plus cæteris petierunt: non impetrauerunt: & tamen non est dignitas eorum imminuta quia reliquis apostolis æquales fuerunt. Nescitis quia corpora uestra templum est spiritus sancti. Templum inquit est: & non templum: similiter in omnibus habitatorem ostenderet deum. Non pro his rogo tantum: sed pro illis qui credituri sunt per uerbum eorum: in me: ut sicut tu pater in me: & ego in te unum sumus: ita oēs ueriter & filius & spiritus sanctus unus deus: sic & unus populus in ipsis sit hoc est quasi filii charissimi diuinæ consortes naturæ: sponsa: soror: mater: & quæcūq; alia putaueris uocabula: unius ecclesiæ congregatio est: quæ nūq; est sine sponso: frater: filio unam habet fidem: nec constupratur dogmatum uarietate: nec hæresibus scinditur: uirgo manet. Quocūq; agnus uadit: sequitur illum. Sola nouit canticum Christi. Si autem inquit mihi opposueris. stella a stella differt in claritate: audies differre stellam a stella: hoc est spirituales a carnalibus. Omnia membra æqualiter diligimus. nec oculum præponimus digito: nec digitum auriculæ: sed singulorum amissione membrorum cōmunis dolor est. Æqualiter introimus in hoc sæculum: & æqualiter de eo egredimur. unus autem Adam terrenus: & alter cælestis. Qui in terreno fuerit a sinistris est: & peribit. Qui in cælesti: a dextris est & saluabitur. Qui fatuæ fratri dixerit & racha: reus erit gehennæ. Et qui homicida fuerit & adulter: mittetur similiter in gehennam. In persecutione qui incēditur: qui suffocatur: qui decollatur: qui fugerit: qui in carcere inclusus obierit: uaria quidem luctæ genera: sed una corona uictorum est. Inter eum fratrem qui semp cum patre fuerat: & qui postea pœnitens est receptus: nulla diuersitas est. Operariis primæ horæ & tertiæ & sextæ & nonæ & undecimæ: unus denarius æqualiter redditur. Et quo magis admireris: ab his incipit præmium: qui minus in uinea laborauerunt.

Cap. XLIII.

His et huiusmodi diuinarum scripturarum testimoniis: quæ ad pueritatē sui dogmatis callidus disputator inclinatus: qd nō tentet etiā electorum dei: Et qd Ioānes apostolus antichristos dicit uenisse multos: hæc uera est Antichristi predicatio: quæ inter Ioannē et ultimum pœnitentē nullā facit esse distantiam. Simulq; miror quomodo serpens lubricus et Proteus nō in uariarum se mutet portēta formarum. Qui enī in coitu et in saturitate Epicureus est: subito in retributione meritorum Stoicus efficit. Hierosolymā Cito: iudæā Cypro: Christū Ze-

d y .xxv.

quis

Nam

fulgens anno
pauli Bernabæ in the
bello de pœnitentijs

Protheus

none cōmutat. Si non licet a uirtutibus paululum declinare: et oīa peccata sunt paria: eiusdēq; criminis reus est qui esurienti panem surripuerit: et qui hoīem occiderit: tu quoq; maximorum scelerum reus teneberis. Porro aliud est: si dicas te minima quidem habere peccata et cum omnes apostoli et propheta: iuxta id quod in secūda propositione differui peccatores esse se plangant: solus de iusticia glories: Ante nudo eras pede: modo non solum calciato: sed & ornato. Tunc pexa tunica & nigra subuccula uestiebaris sordidatus & pallidus: & callosā opere gestitans manum: nunc lienis & sericis uestibus & Atrebatum ac Laodicēa indumentis ornatus incedis. Rubent buccae: nitet cutis: comae in occipitium frontemq; tornantur: protensus est aqualiculus: insurgunt humeri: turget guttur: & de obesis faucibus uis suffocata uerba promuntur. certe in tanta diuersitate uictus & uestitus: necesse est aut hic aut ibi esse peccatum. Non q; peccatum in cibo aut in uestibus asseram: sed quo uarietas & commutatio in deterius reprehensionī proxima sit. Quod autem reprehenditur a uirtute procul est: uictio mancipatur. Quod uitiosum arguitur peccato iungitur. Quod peccatum est: iuxta tuam sententiam in sinistra parte & hircorum grege describitur. Aut reuerteris igitur ad antiquū propositū: ut ouis possis eius esse ad dexteram. Aut si priorem sententiam peruersa pœnitentia commutaris: uelis nolis q̄q; barbam raseris: inter hircos numeraberis. Verum quid prodest luscum uocare luscum: & accusatoris docere inconstantiam: cum p propositionum series diluendā sit: Oues & hēdos a dextra & sinistra: duos iustorum & peccatorū esse ordines non negamus. Arborem bonam fructus malos non facere: nec malam bonos: nulli dubium est. Decem quoq; uirgines sapientes & stultas: in bonas malasq; diuidimus: In diluuiō liberatos iustos: & peccatores aquis obrutos nō ignoramus. In sodoma & gomorra ereptum iustum: & impios igne consumptos: omnibus perspicuum est. X. quoq; plagis percussam ægyptum: & israel fuisse sospitem nouimus. In mari rubro transisse iustos: et Pharaonem cum suo exercitu demersum: etiam in scholis cantant paruuli. Sexcenta milia in deserto cecidisse quia increduli fuerint: et duos tantum terram repromissionis intrasse scripturæ docent. et reliqua quæ usq; ad operarios uineæ in duos bonorum et malorū ordines descripsisti. Sed quale est: ut quia inter bonos et malos diuisio est: tu asseras inter ipsos bonos uel econtrario malos nullam esse distantiam: nihilq; referre: utrum i pecore aliquis aries sit an ouicula: Vtrum primam lanam habeat: an secundam: Vtrum scabidum pecus sit et morbidū: an uegetum atq; suffultans: Maxime cum Ezechiel oues rationabiles et diuersitatem inter pecus et pecus suæ prophetiæ auctoritate demonstrat dicens. Ecce ego iudico inter pecus et pecus: et inter arietes et hircos: et inter pecus pingue et macilentum. Pro eo q; lateribus et humeris impingebatis: et cornibus uestris uētilabatis omnia infirma pecora: donec dispergerentur. Et ut sciremus quæ ista sint pecora: statim intulit. Vos autem greges mei: oues pascuæ meæ: homines estis. Id ipsum ergo erit Paulus et ille pœnitens: qui cum patris uxore dormierat: quia in ecclesiam post pœnitentiā receptus est: Et quia simula dextris est: in eadē cū apostolo claritate fulgebit: Et quomodo in uno agello usq; ad messem: in cōsumationem mundi: zizania pariter frumenta q; succrescunt: Quæ consequentia pisces boni et mali sagena Christi et reti euāgelico continētur: Cur in typo ecclesiæ in archa Noe diuersa animalia: et pro qualitate meritorum diuersæ sunt mansiones: Cur astitit regina a dextris tuis in uestigū deaurato circumdata uarietate: Cur Ioseph in forma Christi uariam habuit tunicam: Cur apostolus loquitur ad Romanos: Vnicuiq; sicut deus diuisit mensuram fidei: Sicut enim in uno corpore multa membra habemus: omnia autem membra non eundem actum habent: ita multi unum corpus sumus in Christo: singuli autem alter alterius membra. Habentes autem donationes secundum gratiam quæ data est nobis differentes: siue prophetia secundum mensuram fidei: siue ministerium in ministrando: siue qui docet in doctrina: qui exhortatur in exhortando: qui tribuit in simplicitate: qui præest in sollicitudine: & reliqua. Et in alio loco alius iudicat diem plus q̄ diem: alius iudicat omnem diem: unusquisq; in suo sensu abundat. Et ad Corinthios. Ego plantaui Apollo rigauit. sed deus incrementum dedit. Itaq; neq; qui plantat est aliquid: neq; qui rigat: sed qui incrementum dat deus. Qui plantat et qui rigat: unum sunt. Unusquisq; autem propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. dei enim sumus adiutores: dei agricultura estis: dei ædificatio estis. Et rursum alibi. Secundum gratiam quæ data est mihi: ut sapiens architectus fundamentum posui: alius autem superædificat. Fundamentum enim aliud nemo potest ponere: præterq̄ quod positum est: qui est Christus Iesus. Siquis autem superædificat super fundamentum hoc aurum: argentum: lapides preciosos. ligna: scenum: stipulam: uniuscuiusq; opus apparebit. dies enim domini illud manifestabit: quoniam in igne reuelabitur: & singulorum opus quale sit ignis probabit. Si cuius opus manserit: quod superædificauit: mercedem accipiet. Si cuius opus arserit detrimentum patietur. Ipse autem saluus erit: sic tamen quasi per ignem. Sic is cuius opus arsit & periit: & damnum sustinuit laboris sui: perdet quidem laboris præmium. sed ipse saluabitur: non tamen absq; probatione ignis: Ergo is cuius opus manserit: quod superædificauit: sine ignis probatione saluabitur. & inter saluationem utiq; erit diuersitas aliqua. Necnon in alio loco: Sic nos inquit existimet homo: quasi ministros Christi & dispensatores ministeriorum dei: Hic iam quaeritur inter dispensatores: ut fidelis quis inueniatur. Vis scire quoniam inter dispensatores sit multa diuersitas: Non dico de malis & bonis: sed de ipsis bonis qui ad dexteram stant. Audi consequenter. Nescitis quoniam qui in sacrificiis operantur: de sacrificiis comedunt. qui altario deseruiunt: de altario participantur. Sic & dominus disposuit his: qui euangelium annunciant: de euangelio uiuere. Ego aut non abutar horum aliquo. nō scripsi autē hæc: ut sic fiant in me. Melius est mihi mori: q̄ ut gloriā meā quis euacuet. Si enim euange-

lizauero

Vide illi boni dicitur in pro
Koualdu in Antio Com. Apule

Suffocata uerba.

In scholis cantant paruuli

Scabidum pecus

limes

fructus

lizauero non est mihi gloria necessitas quippe mihi incumbit. Ve enim mihi est: si non euangelizauero: nam si uoluntate hoc ago: mercedem habeo. Si autem nolens: dispensatio mihi credita est. Quæ est ergo merces mea ut euangelizans sine sumptu ponam euangelium Christi: ut non abutar potestate: quæ data est mihi in euangelio. Cum enim essem liber ex omnibus: omnium me seruam feci: ut plures lucrifacerem. Nunquid potes dicere peccare eos: qui uiuunt de euangelio? Et qui de sacrificiis participantur? Vtiq; non. Dominus enim disponit: ut qui prædicant euangelium: de euangelio uiuant. Apostolus autem qui non abutitur hac licentia: sed laborat manibus suis: ne quem grauet: & die & nocte operatur: & ministrat his qui secum sunt: utiq; ideo hoc facit: ut plus laborans: plus aliquid mercedis accipiat. Curramus ad reliqua. Diuisiones autem gratiarum sunt: idem autem spiritus. Et diuisiones ministeriorum sunt: Idem autem dominus. Et diuisiones operationum sunt: Idem autem deus: qui operatur omnia in omnibus. Vnicuiq; autem data est operatio spiritus: iuxta id quod expedit. Et iterum. Sicut corpus unum est & membra plurima habet: omnia autem membra corporis cum sint multa unum corpus est: sic & Christus. Verum ne dicas in uno corpore diuersa membra unum habere meritum: statim gradus describit ecclesie & ait: quosdam quidem posuit deus in ecclesia: primum apostolos: secundo prophetas: tertio doctores. Deniq; uirtutes & gratias curationum: opulationes: gubernationes: genera linguarum. Nunquid omnes apostoli? Nunquid omnes prophetae? Nunquid omnes doctores? Nunquid omnes uirtutes? Nunquid omnes gratiam habentes curationum? Nunquid omnes linguis loquuntur? Nunquid omnes interpretantur? Aemulamini autem dona maiora: & adhuc excellentiorem uiam uobis demonstro. Cumq; de charitate uirtutis latius disputa set: adiecit. Siue prophetie euacuabuntur: siue lingue cessabunt: siue scientia destructur. Ex parte enim cognoscimus: & ex parte prophetamus. cum autem uenerit quod perfectum est: euacuabitur quod ex parte est: & in continentibus. Nunc autem manent fides: spes: & charitas tria hæc. Maior autem horum est charitas. Sectamini charitatem: æmulamini spiritalia: magis autem ut prophetetis. Et iteq; uos loquimini. Et rursus. Gratias ago deo: q; omnium uestrum lingua loquor: ubi diuersa sunt dona: & alius maior: & alius minor est: & omnes spirituales appellantur: certe oues sunt: & stant a dextris: & inter ouem & ouem est aliqua diuersitas. Loquitur quidem de humilitate Paulus apostolus: ego sum nouissimus apostolorum: qui non sum dignus uocari apostolus: quia persecutus sum ecclesiam dei. Gratia autem dei sum id quod sum: & gratia eius in me uacua non fuit: sed amplius omnibus illis laboraui. Non ego autem sed gratia dei: quæ in me est. Verum tamen in eo q; se humiliat: ostendit posse apostolos alios minores: alios esse maiores. Et qui utiq; uas electionis dicitur: & cunctis amplius laborauit: non est iniustus deus: ut obliuiscatur operis eius: & dispar meritum æquali mercede compenset. Dehinc legimus: Sicut in Adam omnes moriuntur: ita & in Christo omnes uiuificabuntur: unusquisq; autem in suo ordine. Quoniam unusquisq; in suo resurget ordine: utiq; diuersa sunt merita resurrectionum. Non omnis caro eadem caro: sed alia hominum: alia pecorum: alia uolucrum: alia autem piscium. Et corpora cælestia: & corpora terrestria: sed alia quidem cælestium gloria: alia autem terrestrium: alia claritas solis: alia claritas lunæ: alia claritas stellarum. Stella enim a stella differt in claritate: sic erit & resurrectio mortuorum. Quod tu sanctus doctus interpretes sic exposuisti: ut diceres spirituales differre a carnalibus. Ergo & spirituales & carnales in cælestibus erunt: & iam non solum oues: sed etiam hirci tui consendent regna cælorum: stella a stella differt in claritate: non oues & hirci: sed oues & oues. i. stella & stella. Deniq; alia inquit claritas solis: & alia claritas lunæ: ne stellam & stellam totum humanæ multitudinis assereres genus: solem posuit & lunam: quos certe inter hircos non poteris numerare. Sic inquit erit & resurrectio mortuorum: ut iusti in claritate solis luceant: & qui in sequenti gradu sunt lunæ splendore rutilent: ut alius Lucifer sit: alius Arcturus: alius Orion: alius Mazuroth: & cætera stellarum uocabula: quæ sacrata in Iob uolumine continent. Omnes enim ait: manifestari nos oportet ante tribunal Christi: ut recipiat unusquisq; quæ gessit per corpus siue bonum siue malum. Ac ne forsitan dicas: ante tribunal Christi nos manifestari: ut boni bona: mali recipiant mala: in eadem epistola docet. Qui parce seminat parce & metet. Et qui seminat in benedictionibus: de benedictionibus & metet. Certe qui plus & qui minus seminat: de parte sunt dextra. Et cum unius sementis genus sint: tamen mensura & numero differunt. Scribit ad ephesios idem Paulus: ut nota fieret nunc principatibus & potestatibus in cælis: per ecclesiam multiplex & uaria sapientia dei. Cernis q; in diuersis agminibus ecclesie uaria & multiplex sapientia dei prædicetur. Nec non in eadem epistola: unicuiq; autem nostrum data est gratia: iuxta mensuram gratie Christi non q; mensura Christi diuersa sit: sed tantum gratie eius infunditur: quantum ualemus haurire.

Cap. XLIII.

Rustra igitur oues & hircos: quinque & quinque uirgines: Aegyptios: & Israelitas & cætera huiuscemodi replicas: quia non est in præsentis retributio: sed in futuro. Vnde & dies iudicii in consummatione promittitur: quia nunc non est iudicium. Sine causa enim appellatur dies extrema iudicii: si modo iudicat deus. In præsentiarum nauigamus: luctamur: atq; pugnamus: ut in fine perueniamus ad portum: coronemur: triumphemus. Tu autem peruerse & lubricè præsentis sæculi conuersationem in futurorum exempla proponis: cum utiq; hic iniusticia sit: tibi iusticia: donec intremus in sanctuarium dei: & intelligamus in nouissimis eorum. Non aliter sanctus: aliter peccator moritur: in eodẽ mari nauigantibus: eadẽ tranquillitas & tẽpestas

est: non aliter latro: aliter martyr occiditur. Nec alio modo de adulterio et prostibulis: alio de castis matrimo-
 nis nascuntur liberi. Certe dominus et latrones æquali iudicio crucifixi sunt. Si idem est huius sæculi futuriq;
 iudiciū: ergo quia hic pariter crucifixi sunt: et i futuro similiter habebuntur. Paulus et qui eū uinxerant: simul
 nauigant: simul sustinent tempestatē: simul nauis fluctibus dissipata: in litus euadunt. Negare non potes: quin
 inter uinctum et uinciētes diuersa sint merita. Et quomodo unum apostoli militūq; naufragiū: Refert postea
 Paulus reuelationē: et eos qui i nauis fuerant: dicit sibi a domino esse donatos. Nunquid is cui donatur: et qui
 donatur: unius meriti sunt: Decem sancti peccatricem possūt eruere ciuitatē: Loth cū filiabus ereptus est de
 incēdio. liberati essent & generi si exire uoluissent. Et certe multa differentia est inter Loth & generos eius. Li-
 beratur Segor una urbs de Pentapoli. Et quæ eiusdē meriti erat: atq; uni sententiæ subiacebat: cui Sodoma &
 Gomorra: Adama & Seboym sancti precibus custoditur. Ecce diuersum meritū in Loth & Segor: & tamen de
 incendio pariter euadunt. Latrunculi qui absente Dauid uastauerant Sicelech & uxores eorū: & liberos in præ-
 dam duxerant: die tertia ceduntur in cāpo: & quadrigenti homines ascensis camelis fugiunt: dic aliquā iter eos
 qui cæsi sunt: & qui fugere potuerunt esse distantia. Legimus i euangelio turrē Siloe cecidisse super decem &
 octo uiros: & obrutos occidisse. Certe iuxta sententiā Saluatoris: non soli fuerant peccatores: sed in formidinem
 reliquorū puniti sunt: ut pestilente flagello stultus sapientior fieret. Si omnium peccatorū unū est supplicium: *Flagellat*
 iniuste alius occiditur: & per mortē alterius: alius cōmonet. Opponis mihi Gomor māne: unāq; mensurā & ue-
 stitū & capillos & barbā & calciamenta ex æquo fuisse israelitarū: quasi nō & nos Christi corpus æqualiter acci-
 piamus. Vna est i mysteriis sanctificatio domini & serui: nobilis & ignobilis: regis & militis: q̄q; pro accipientū
 meritis diuersū fiat quod unū est. Qui enī indigne manducauerit & biberit: reus erit uiolati corporis & sangui-
 nis Christi. Nunquid quia & Judas de eodem calice bibit: de quo & cæteri apostoli: unius cū reliqs erit meriti?
 Quid si non uis recipere sacramentū: Certe omnes equaliter uiuimus: unū trahimus aerem: eodē humore ir-
 rigamur: iisdē cibis pascimur. Porro si alimenta cocorū arte mutantur i melius: & fit aliqd suauius cōdituris: hu-
 iusmodi cibi non naturæ satisfaciunt: sed uoluptati: & que esurimus: & que algemus: simul attrahimur frigore
 æstibus & calore dissolui mur. Sol quoq; ipse & luna & omnis astroꝝ chorus & pluuia & mundus: æqualiter
 nobis currunt: & iisdē omnes iuxta euangeliū i ribus irrigamur: boni & mali: iusti & iniusti. Si presentia exem-
 pla sunt futuroꝝ: ergo & sol iusticiæ æqualiter iustis & peccatoribus: ipsiis & sanctis: Christianis & iudæis atq;
 gentilibus orietur: cū scriptura dicat: timentibus autē dominū: oriet sol iusticiæ. Si timentibus oriet: ergo con-
 tēptoribus & pseudo prophetis occidet. Oues quæ stant a dextris: ad regna cælorū introducunt: hirci i tartarū
 detruduntur. Parabola ista: non ouīū inter se merita: & econtrario describit hircorū: sed inter oues & hircos tan-
 tum distantia facit. Neq; enī in oībus locis docent oīa: sed unaquaq; similitudo ad id refert: cuius similitudo
 est. Sicut & decē uirginū non totius generis humani: sed sollicitorū & pigrorū exempla sunt: quorū alteri domini
 semper prestolantur aduentū: alteri sōno & inertia sedantes futuro iudiciū non putant. Vnde & in fine parabo-
 læ dicit: uigilate quia nescitis diē neq; horā. Sed in diluuiō liberatus est Noe: et oīs orbis iterit: oēs caro erant:
 & propterea perierūt. Aut num eiusdē meriti dices filios Noe & Noe propter quē filii liberati sunt: Aut male-
 dictū Cham i eodē pones loco: i quo et patrē: q̄ de diluuiō simul liberatus est: In passione Christi oēs declina-
 uerūt: simul inutiles facti sunt: et nō fuit q̄ faceret bonū: non fuit usq; ad unū. Audebis ne igit dicere: sic negasse
 Petrū et cæteros apostolos q̄ fugerūt: quomodo Cayphā et Phariseos: et clamantē populū crucifige crucifige
 talē: Et ut de apostolis taceā: eiusdē ne sceleris tibi uidebit reus Annas et Cayphas: et Judas proditor: cuius et
 Pilatus: q̄ nolens compulsus est contra dominū ferre sententiā: Quanto maioris meriti fuit Judas: tanto maio-
 ris criminis est: et quanto maioris criminis: tanto maioris et pœnæ: potentis enim potenter tormenta patientur.
 Arbor mala fructus bonos non facit: nec bona malos. Si hoc ita est: responde mihi quomodo Paulus cū esset ar-
 bor mala persequens ecclesiā Christi: fecit postea fructus bonos: et Judas cū esset arbor bona: signa faciens cum
 apostolis: postea uersus in proditorē fecerit fructus malos: Tādiu ergo nec arbor bona malos fructus facit: nec
 mala bonos: q̄ diu uel in bonitate sua: uel in malitia perseuerant: q̄ omnis Hebræus æqualiter facit pascha: et se-
 ptimo anno liber efficitur: & iubilæo idest q̄nq; gesimo uniuersa possessio redit ad dominos: hoc nō de presenti
 dicitur: sed de futuro: quia in sex diebus huius sæculi seruiētes: in septimo die uero et æterno sabbato liberemur.
 Si tamē uoluerimus esse liberi: dum adhuc seruimus in sæculo. Si aut noluerimus. pforabitur nobis auricula:
 in testimoniū iobediētia. et cū uxore et filiis nostris quos pretulimus liberati. i. cū carne et operibus iugiter ser-
 uiemus. Parabola aut seminātis quæ ex utraq; parte ternos fructus facit: et iuxta apostolū sup fūdamentū Chri-
 sti alius edificat aurū: argētū: lapides preciosos: alius ligna: scēnū: stipulā: cum et in domo magna diuersa uasa
 sint. pspicue patet: Et huic uelle cōtradicere: aptissime iprudētia est. Tamē ne exultet in mēdacio: et exēplū apo-
 stolorū in preiudiciū cētenariū: et sexagenariū et trigenariū afferat numeri: sciat in Mattheo et in Marco aposto-
 lis: qui sua uniuersa dimiserant: centuplum repromissū. In euangelio aut lucæ multo plura *πολυπλεισμονα*:
 & penitus in nullo euāgelio pro centū scriptum esse septem: seq; aut falsariū: aut imperitiā: reum teneri: nec no-
 cere nobis: quia in alio euāgelio a centum: in alio a triginta incipit numerari: cum omnis scriptura maxime ue-
 tus: minorem preponat numerum: & sic ad maiorē gradatū conscendat. Verbi gratia: ut dicat aliquē fuisse āno
 rum quinq; & septuagita & centū: nec tamen quinq; & septuagita plura poterunt esse: q̄ centū: quæ priora sūt
 nominata. Si nō accipis in bonā partē diuersitatē numeri. c. & lx. & xxx. nec in malam partem accipies. Et idē
 uitiū erit feminis: quod secus uia cecidit: & sup petras: & sup spinas. Si & illa tria: & hæc uel in bonā uel i malā
 partē singula sūt: stultū fuit pro duabus rebus sex species numerare: presertim cū i Mattheo & i Marco & i Luca
 narrata pa-

Segor.

Paulus arbor mala
 Judas arbor bona

Subtilis animus

Minor nūm preponit

Flagellat

Adrianus

narrata parabola Saluator semper intulerit: qui habet aures audiendi audiat. Vbi nihil est quod intrinsecus la-
teat: frustra ad intelligentiam mysticam prouocatur.

Cap. XLV.

Sed autem pater & filius mansionem faciunt apud credentes: & ubi Christus hospes est: ibi nihil deesse
existimas: puto q; aliter Christus habitauerit in Corinthiis: aliter in Ephesiis. Hoc est aliter i iis apud
quos Paulus apostolus peccata multa reprehendit: & aliter in iis: quibus sacramenta a saeculis ignora-
ta differuit: aliter in Tito & Timotheo: aliter in Paulo. Certe inter natos mulierum non fuit maior Ioanne Bap-
tista: ubi autem maior dicitur: necesse est ut caeteros habuerit minores. Et qui minor est i regnum caelorum: ma-
ior est illo. Vides ergo q; in caelis sit maximus & minimus: & inter angelos quoq; & inter uisibiles creaturas sit
multiplex & infinita diuersitas. Quare dicunt apostoli domine auge nobis fidem: si omnium una mensura est?
Et dominus ad discipulum: modicae fidei quid dubitasti? In Hieremia quoq; de futuro regno legimus: Ecce di-
es ueniunt dicit dominus: ut feriam domum israel: & domui Iacob foedus nouum: non secundum pactum: qd
pepigi cum patribus uestris. Et post paululum: dabo legem meam in uisceribus eorum: & in corde eorum scri-
bam illam: & ero eis in deum: & ipsi mihi in populum: & non docebit uir ultra proximum suum: & uir fratrem
suum: dicens cognoscite dominum. Omnes enim cognoscent me a maximo usq; ad minimum: perspicue ex co-
textu ipsius loci: futurum Christi regnum propheta describit. Et qua consequentia ibi erit minimus & maxi-
mus: si omnes aequales futuri sunt? Vtiq; ea qua in euangelio dicitur: Qui docterit & fecerit: hic uocabitur ma-
ximus in regno caelorum. Qui autem docuerit & non fecerit: erit minimus. In conuiuio Saluator praecipit: ut
inferiorem praecipitemus locum: ne cum maior uenerit: de superiori turpiter extrudamur. Si cadere non pos-
sumus: sed tantum per poenitentiam subleuamur: quid sibi uult schala illa in Bethel: per quam angeli descen-
dunt: atq; conscendunt: qui de caelis ad terram ueniunt? Certe inter oues & ad dexteram stabant: dum ibi esset:
angeli de caelis descendunt: & Iouinianus de eorum possessione securus est. Quis autem risum tenere queat i
eo: q; multas mansiones apud patrem: ecclesias arbitretur i toto orbe diffusas: cum manifestissime scriptura do-
ceat secundum euangelium Ioannis: non de ecclesiarum numero: sed de caelorum mansionibus: & aeternis taber-
naculis: qua propheta desiderat: domino fuisse sermonem? In domo inquit patris mei mansiones multae sunt.
Si quo minus dixissem uobis: quia uado uobis parare locum: & si abiero & praeparauero uobis locum: iterum
ueniam & accipiam uos ad meipsum: ut ubi ego sum & uos sitis. Locus & mansiones quas praeparare se dicit
Christus apostolis: in domo utiq; sunt patris. i. in regno caelorum: non in terra: in qua praesens apostolos relin-
quebat. Simulq; sensus scripturae intuentus: dicerem inquit uobis quia uado & praeparabo uobis locum: si no-
mansiones multae essent apud patrem: hoc est si non unusquisq; mansionem sibi non ex largitate dei: sed ex p-
priis operibus praepararet. Et ideo non est meum parare sed uestrum: quia & iuda nihil profuit paratus locus
quem suo uitio perdidit: iuxta quem sensum & illud intelligendum: quod ad filios dicitur Zebedei: quorum
alter a sinistris: alter cupiebat sedere a dextris. Calicem quidem meum bibetis: sedere autem a dextris meis siue
a sinistris: non est meum dare uobis: sed quibus paratum est a patre meo. Non est filii dare: & quomodo patris
est praeparare? Paratae inquit sunt in caelo diuersae & plurimae mansiones: plurimis diuersisq; uirtutibus: quas
non personae accipiunt: sed opera. Frustra ergo me petitis: quod in uobis situm est: quod pater meus illis para-
uit: qui dignis uirtutibus ad tantam ascensuri sunt dignitatem. Porro quod ait iterum ueniam & accipiam uos
ad meipsum: ut ubi ego sum & uos sitis: proprie ad apostolos loquitur: de quibus & i alio loco scriptum est: ut
quomodo ego & tu pater unum sumus: sic & illi in nobis unum sint: qui crediderunt: qui perfecti sunt: qui pos-
sunt dicere pars mea dominus. Si autem non sunt plurimae mansiones: quomodo & in ueteri testamento & in
nouo alium ordinem pontifex tenet: alium sacerdotes: alium leuitae: alium ianitores: alium aeditui? Et i limine
Ezechielis ubi futurae ecclesiae & caelestis Hierusalem ordo describitur: sacerdotes qui peccauerant regradantur
in aedituos & in hostiarios: & cum sint in templo dei: hoc est a dextris: non sunt inter arietes: sed inter minimas
oues. In fluuio quoq; illo qui de templo egreditur: & irrigat salsum mare: & uniuersa uiuificat multae species pi-
scium describuntur. Quare in regno caelorum archangeli sunt: angeli: throni: dominationes: potestates: cheru-
bin: & seraphin: & omne nomen quod nominatur: non solum in praesenti saeculo: sed etiam in futuro. Sine cau-
sa diuersitas nominum est: ubi non est diuersitas meritorum. Archangelus utiq; aliorum minorum angelorum
archangelus est: & potestates & dominationes habent alia: super qua exerceant potestatem: & i qua subiecta
dominentur. Hoc in caelis est: hoc in mysterio dei: ne nos solito more irrideas atq; subannes si imperatorem po-
suerimus: & perfectos eius & comites: & tribunos: & centuriones: & manipulos: & reliquum militiae ordinem.

Cap. XLVI.

Illud autem quod ait: nescitis quia corpora uestra templum est spiritus sancti: ualde friuolum est: cum scrip-
tura diuina soleat & unum pluraliter: et plura singulariter appellare: et tamen sciat in templo quoq; ip-
so multas esse mansiuiculas: esse exterius atrium: esse interius uestibula: esse sanctum: esse sancta san-
ctorum: sunt et culinae in templo: sunt et cellariola: sunt et torcularia: et uasorum receptacula. Ita et in templo corporis
nostri: diuersa sunt merita. Non aequae deus omnes inhabitat: nec ad eandem mensuram omnibus infundit de spiri-
tu. Moyse auferitur: et septuaginta presbyteris datur. Puto aliam esse abundantiam fluminis: aliam riuulorum. He-
liae spiritus Helisaeo duplex datur: unde et duplex gratia fecit signa maiora. Ille uiuus mortuum: iste mortuus
mortuum suscitauit. Ille famem imprecatus est populo: iste obsessae ciuitati sub una die hostiles copias pre-
buit: licet hoc quod ait: nescitis quia corpora uestra templum est spiritus sancti: de cuncta credentium dicat ec-
-xxxvii.

Helia spiritus Helisaeo datur

Manichei

clesia: qui pariter congregati unū Christi corpus efficiūt. Hic iā q̄rit in corpore: qui pedibus Christi dignus sit: qui capite: qui oculus eius sit: qui manus. Quod & duæ mulieres in euāgelio: poenitens & sancta significant: q̄ r̄ū altera pedes: altera caput tenet. Tāetsi nōnulli æstimēt unā esse: & quæ primū cœpit a pedibus: eam gradatī ad uerticē peruenisse. Sed & illud quod obiecit nō pro his rogo tantū: sed pro illis qui credituri sūt per uerbum eorū in me: ut sicut ego pater in te: & tu in me unū sumus: ita omnes unū sint in nobis: & omnis populus Christianus unū sit in deo quasi filii charissimi diuine consortes naturæ: iā supra diximus: & nūc plenius inculcandū est: non nos secundū naturā: sed secundū gratiā unū esse in patre & filio. Neq; enim eiusdē substantiæ est: quod Manichæi solent dicere: anima humana & deus. Sed dilexisti inquit eos: sicut & me dilexisti. Vides ergo q; i cōfortiū substantiæ eius assumimur: non naturæ esse sed gratiæ: & ideo nos diligit: quia filium dilexit pater: & mēbra diligunt scilicet a corpore. Quot quot. n. receperunt Christū dedit potestātē filios dei fieri: qui credūt in nomine eius qui non ex sanguinibus: neq; ex uoluptate carnis: neq; ex uolūtate uiri: sed ex deo nati sūt. Uerbum caro factū est: ut nos de carne transiremus in uerbum: nec uerbum desit esse quod fuerat: nec homo pdidit esse: qd̄ natus est. Gloria aucta est: non mutata natura. Vis scire quomodo cū Christo unū corpus efficiamur? Doceat te ipse qui condidit: qui comedit carnem meā: & bibit sanguinē meū: hic in me manet: & ego in illo. Sicut misit me uiuens pater: & ego uiuo propter patrē: & qui comedit me: uiuit propter me. Iste est panis: qui de cælo descendit. Sed & Ioānes Euangelista: qui de pectore Christi auferat sapientiā: in eadem uerba cōcordat dicens. In hoc intelligimus q; in eo manemus: & ipse in nobis: quoniā de spiritu suo dedit nobis. Siquis confessus fuerit: quoniā Iesus est filius dei: deus in eo manet: & ipse in deo est. Si credis in Christo: quomodo & apostoli crediderūt: unū cū eis in Christo corpus efficieris. Si autē temerariū est fidē eorū tibi & opera uendicare: qui fidem eandem & opera non habes: eūdem locū habere non poteris. Porro quod iactitas sponsam: sororem: matrē: & oīa hæc uocabula unius esse ecclesiæ: cūctosq; credentes his nominibus significari: contra te facit. Si enim unus ordo ecclesiæ est: & non habet plurima mēbra in uno corpore: quid necesse est ut sponsa soror uocetur & mater? Nisi aliorū sponsa: aliorū soror: aliorū mater sit? Stant quidem omnes ad dexterā: sed alius stat ut sponsus: alius ut frater: alius ut filius. Filioli inquit mei quos itex parturio: donec Christus formetur in uobis: putasne eiusdē esse meriti eos qui parturiunt: & qui parturit? Vnde & stulte asserere uoluisti omnia mēbra æqualiter nos diligere: nec oculū preponere digito: nec manū auriculæ sed in singulorū amissione membrorū dolorē esse cōmunē: cū apostolus doceat ad Corinthios: alia mēbra esse honestiora: alia uerecūdiora: & quæ uerecūdiora sūt: maiore honestate circūdari: quæ uero p se honesta: nostra non indigere sollicitudine. Eiusdē ne ordinis arbitraris & meriti os: & aluū: oculos & meatus: per quos fumus egerit & urina? Lucerna iquit corporis tui: est oculus tuus. Si oculus cæcus fuerit: totū corpus in tenebris est. Si digitū amputes: si sūmitatē auriculæ: est quidē dolor: sed non tantū dānū: nec tanta cū dolore deformitas: q̄ta si oculos eruas: truces nares: os disseces. Sine aliis membris uiuere possumus: sine aliis omnino non possumus. Sūt peccata leuia: sūt grauiā. Aliud est decē milia talenta debere: aliud quadrantē. Et de ocioso quidē uerbo & adulterio: rei tenebimur: sed non est idē suffūdi & torqueri: & erubescere & lōgo tēpore cruciari. Putas nostrū esse quod loquimur? Audi apostolū Ioāne. Qui scit fratrem suū peccare peccatū: non ad mortē petat & dabit ei uitā peccati non ad mortē. Qui uero peccauerit ad mortē: quis orabit pro eo? Cernis q; si pro peccatis minoribus deprecemur: ipetremus ueniā? Si pro maioribus: difficilis ipetratio sit: & inter peccata & peccata magnā esse distantiā? Vnde & de populo israel: quia peccauerat peccatū ad mortē: dicitur ad Hieremiā. Noli orare pro populo hoc: nec assumes pro eis deprecationē: & non oblitas mihi: quia nō exaudiā te. Si autē omnes æqualiter & introimus sæculū: & eximus de sæculo: & hoc preiudiciū futurorū est: ergo æqualiter & iusti & peccatores habebimur apud deū: quia nūc pari modo & generamur et morimur. Quod si duos contēdis esse Adā: alterū terrenū: alterū cælestē: et qui i terreno fuerint eos esse ad sinistrā: qui uero i cælesti: eos esse a dextris. Respōde mihi iterū: ut de duobus fratribus iterrogē. Esau i terreno fuit: an i cælesti? Nulli dubiū est qn i terreno eū fuisse respōdeas. Iacob i quo fuit? Dices p̄tinus i cælesti? Et quomodo i cælesti fuit: cū adhuc Christus nō uenisset i carne: q̄ secundus et cælestis Adā dicit? Aut igit̄ oēs ante incarnationē Christi in ueteri reputabis Adā: et iusti quoq; i terreno hoīe: et ad sinistrā erūt iter hircos tuos. Aut si ipiū est ibi Isaac ponere: ubi Ismahel: ibi Iacob: ubi Esau: ibi factos: ubi peccatores: nouissimus Adā ex eo tēpore numerabit: quo Christus est natus ex uirgine. Et argumentū duorū Adā non proficiet ouibus et hædis tuis: quia in primo Adā et oues et hædos cōuincimus fuisse: et i uno atq; eodē homine: alios a dextris dei stetit: alios a sinistris. Ab Adā enī usq; ad Moysē mors sup omnes dominata est: etiā sup eos qui nō peccauerūt in similitudinē preuaricationis Adam.

Cap. XLVII.

de eo autē qd̄ niteris approbare cōiutiū et homicidiū racha et adulteriū et ociosū sermonē et impietate nō supplicio repēfari: iā et supra tibi respōsū ē: et nūc breuiter respōdebo. Aut peccatorē te negabis: ut nō sis reus gehēnæ: aut si peccator fueris etiā de leui crimie ducēris ad tartarū. Os inqt qd̄ mētē: occidit aiām. Suspicio te aliq̄do ut hoīem fuisse mētē: oīs enī hō mēdax ut sit solus deus uerax: et iustificet i sermonibus suis: et uicat cū iudicauerit. Aut igit̄ hō nō eris: ne mēdax sis: aut si quia hō es: mēdax fueris: cū parricidis et adulteris punieris: nulla est enī inter peccata diuersitas: et nō tibi habebūt tantas gratias: quos de humili in sublimē eleuas: quantum irascuntur: quos propter leue quotidianūq; peccatū in exteriores tenebras retrulisti. Si autē in p̄secutione: qui suffocat: et qui decolat: et qui fugerit: et qui in carcerem retrusus obierit: in uariis lucte generibus una corona uictoriæ est: et hoc p nobis facit. In martyre enī uolūtas: ex qua ipsa mors nascit: corōatur. Meū est opponere me gentiliū furori: et dominū nō negare. Iā in illos arbitrio est: aut decolare: aut uere:

aut re-

aut recludere in carcere: aut uaria adhibere genera pœnarum: quod si fugero: & in solitudine abiero: eadē erit corona morientis: quia eadē & causa mortis est Christus. Ad illud uero quod dicis: iter eū fratrem qui semper cū patre fuerit: & qui postea pœnitens est receptus: nihil penitus discrepare: Adicio si uis: & drachmā unā: quæ p̄ dita fuerat: & inuentā iunctā esse cū reliquis: & ouem unā quā nonagintanouē ouibus derelictis bonus pastor inquisiuit & retulit: explese numes: centenariū. Sed aliud est pœnitentē esse: & lachrymis ueniam deprecari: aliud semper esse cum patre. Vnde per Ezechielem ad reportandam ouem: & perditum quondam filium: loquitur pastor & pater: & suscitabo pactum meum tecum: & scies quia ego dominus: & recordaberis: & confundaris: ut non sit tibi ultra aperire os p̄ confusionem tuam: cū placatus fuero tibi in omnibus quæ fecisti: ut nihil minus iusto habeant pœnitentes: sufficit eis pro omni pœna sola confusio. Vnde & in alio loco dicitur ad eos: & recordabimini uias uestras: pessimas: & omnium sceles: quibus polluti eratis: & displicebit uobis in cōspectu uestro in omnibus malitiis uestris: quas fecistis. Et scietis quia ego dominus: cū benefecero uobis propter nomen meū: & non secundū uias uestras malas: neq; secundū scelera uestra pessima. Arguitur quoq; a patre filius: q; saluti fratris inuideat: & cū angeli letentur in cælo: ille liuore crucietur. Quāq; duos fratrum similitudo frugi & luxuriosi: non ad merita totius generis humani: sed uel ad iudæi pertineant Christianiq; personas: uel ad sanctos: & pœnitentiū. Super qua parabola libellū quondā Damaso episcopo dum adhuc uiueret dedicaui. Porro si operariis primæ horæ & tertiæ & sextæ & nonæ & undecimæ: unus denarius redditur: & ab eis incipit premium: qui nouissimi in uinea laborauerunt: et hic non unius tēporis: & unius ætatis homines describuntur: sed ab exordio mundi usq; ad finē uocationū sacramenta sunt diuersas: prima hora uocatus est Abel & Seth. Tertia Enoch et Noe. Sexta Abraham Isaac et Jacob. Nona Moyses et propheta. Undecima gētilium populus. Cui primo redditur merces: quia in crucifixū credens dominū difficultate fidei magnitudinē meruit premium. Multiq; reges et prophete quæserunt uidere quæ uidemus: et nō uiderūt. Vnus autē denarius: nō unū est premium: sed una uita: et una de gehēna liberatio. Ceteros quomodo ad indulgentiā principalē diuersos criminum rei dimittunt de carcere: & unusquisq; pro labore uel opibus suis: in hoc uel in illo statu uitæ est: ita & denarius quasi indulgentia ueri p̄cipis: oēs p̄ baptismū emittit de carcere. Jam nostri laboris est pro diuersitate uirtutum diuersa nobis premia p̄parare.

Ille liuore crucietur
Libellus de filio galigo infra

Cap. XLVIII.

Hucusq; p̄ partes ad proposita respondimus: sequēs sermo in cōmune ad oēs respōdebit: dominus ad discipulos suos: Qui uult inquit inter uos maior esse: sit oīum minimus. Si oēs in cælo æquales futuri sumus: frustra nos hic humiliamus: ut ibi possimus esse maiores. De duobus debitoribus qui gentos denariorū & quinquaginta: cui plus dimittit plus amat. Vnde & saluator: dico inquit tibi remittunt ei peccata multa: quoniā dilexit multū. Cui autē minus dimittit: minus diligit. Qui minus diligit: & minus ei dimittitur: utiq; in minori gradu erit. Paterfamilias proficiscēs tradidit seruis suis substantiā: alii quiq; talēta: alii duo: alii unū: unicuiq; secundū p̄prias uires. Simile quod et in alio euāgelio scribit: q; homo nobilis proficiscēs in regionē longinquā: ut acciperet sibi regnū: et reuertere: uocauerit. x. seruos: et dedit eis singulas mnas: de quibus unus lucratus est. x. mnas: alius quinq;: et singuli iuxta uires suas et emolumentū: uel. x. uel quinq; acceperint ciuitates. Porro alius qui unū talētū siue unā mnā acceperat: quod acceperat in fodit: siue in sudario colligauit: et domini reseruauit aduetui. Primo cōsiderandū: q; iusti nō spe p̄fectus laborant: ut uult noster Zenō: sed ne pdant quod acceperat: iste qui mnā & talētū infodit: ne pderet quod acceperat: nō peccauit: magisq; laudāda est cautio reseruātis: q̄ cassus labor eorū: q; sine laboris premio desudarūt. Deinde q; hoc ipsū talentū quod auferit a timido uel negligēte seruo: nō det ei qui minus lucri fecerat: sed q; plus. i. q; sup. x. positus fuerat ciuitates. Si numerus nō facit ordinē: quare dixit dedit unicuiq; secundū suas uires. Si eadē lucra sūt qnq; talentorū: & x. cur ei q; minus lucri fecerat nō decē: & ei qui plus: nō qnq; tradunt urbes? Quod autē dominus nō his cōtentus sit quæ habemus: sed semp̄ maiora desideret: ipse mōstrat dicens: Quare nō dedisti pecuniā meā ad trapezetas: & ego ueniēs cū usura exegisse. Quod quidē & Paulus apostolus sciēs: preteritorū obliuiscit: & ad ea quæ ante sūt: se extendit. i. quotidie proficit: nec seruat in sudario delicate gratiā quā accepit: sed auarus negociator renouat de die in diem: & de crescere se putat: nisi semp̄ creuerit. Sex urbes fugitiuorū describunt in lege homines iterficere uolētes: & ipse se urbes sacerdotales sūt. Interrogare libet: fugitiuos istos iter hircos tuos: an iter oues nostras colloces? Si hirci essēt: occiderent ut homicidæ ceteri: nec ministrorū dei intrarēt ciuitates. Si oues dixeris: utiq; nō erūt tales oues quæ absq; luporū metu tota libertate pascant. Et probabit tibi oues quidē eas esse: sed erroneas a dextris esse uerū nō stare: sed fugere donec moriat sacerdos magnus: & ad inferna descēdens: liberet aīas fugitiuorū. Gabonitæ occurrūt filiis israel: & cæcis aliis gētib; in lignarios & aquarios reseruant: Tantiq; apud deū meriti sunt: ut stirps Saul ab eorū iniuriis sit deleta. Inter quos eos collocabis? Inter hircos: sed non sūt interfecti & sententia domini iudicant oues. Sed dicit scriptura diuina q; non sint eiisdē meriti: cuius & israelitæ. Vides ergo q; stent quidē a dextris: sed multo inferiori gradu. Inter Dauid uirū sanctū: & Saul regem pessimū medius Ionathas fuit. Quē nec inter hædos possumus ponere: q; propheta amore dignus est: nec inter arietes: ne parē eū faciamus Dauid: maxime cum & ipse interfectus sit. Erit igitur inter oues: sed in inferiori ordine. Et quomodo inter Dauid & Ionatham: ita inter ouem & ouem cogitis suscipere differentias. Seruus qui cognouit uoluntatem domini sui: & non p̄parauit: nec fecit secundum uoluntatem eius uapulabit multis: qui autem non cognouit & nō fecit: plagis uapulabit paucis. Omni enim cui multum datum est: multum queretur ab eo: & cui commēdatur multū: plus exigitur ab illo. Ecce seruo & seruo plus minusue cōmittit: & pro qualitate cōmissi atq; peccati plagarum quoq; numerus irrogatur. Tota iudex terræ Tribuūq; descriptio futuræ ecclesiæ in cælis typus est. Le

Mna

Auarius negotiator.

Lignarij
Aquarij

gamus Iesū nauē: legamus Ezechielis extremas partes: & uidebimus quicquid in altero quasi p̄ historiā in ter-
ra distribuitur: in altero in caelis spiritaliter repromitti. Quid sibi uolunt in descriptione templi septē & octo
gradus? Quid rursū in psalterio post elementa centesimi octauidecimi psalmi: quibus mysticū erudimur al-
phabētū: per quindecim gradus usq; illuc peruenimus: ut possimus canere. Ecce nunc benedicite dominū omnes
serui domini: qui statis in domo domini: in atriis domus dei nostri: Quare duae & semis tribus trans iordanē
habitantes: ubi plurima sunt iumēta: & nouē & semis reliquae: uel expellūt pristinos habitatores de sedibus suis:
uel cū ipsis habitant? Cur leuitica Tribus in terra partē non accepit: sed dominus pars eius est: & inter ipsos Le-
uitas & sacerdotes: ad sancta sanctorū: ubi cherubi & propiciatoriū est: pontifex solus ingredit? Quare reliqui
sacerdotes lineis tantū utunt̄ uestibus: & nō habent indumentū auro: hiacyntho: cocco purpura: byssoq; cōtex-
tū: Inferioris gradus Leuitae & sacerdotes & plaustra & boues accipiūt: Maioris ordinis ipsi gestant archā do-
mini humeris suis: si tollis ordinē tabernaculi: tēpli: ecclesiae: si omnes quia dextris sunt: corpus unū ut uulgo di-
citur *ev̄o q̄ ad* ad militiā prodit: ne quicq; Episcopi frustra presbyteri sine causa dyaconi sunt. Quid perseue-
rant uirgines? Quid laborant uiduae? Cur maritae se continent? Pecemus omnes & post p̄nitentiā idem eri-
mus: quod apostoli sunt. Verum iam cepimus terram perspectare de pelago: & post montes gurgitum & spu-
mosos fluctus & nauem uel in sublimē erectam: uel in mari praecipitem: paulatim fessis & languentibus por-
tus aperitur.

Quod uis de nuptis: uiduis: uirginibus. Viduitati uirginitatē: uiduitatē pretulimus matrimonio. Exposita
est *ep̄i ko* *III* id est concilio apostoli: de huiuscemodi quaestionibus disputantis: singulis opinionibus
responsū est. Saecularis quoq; litteratura uenit ī mediū: quae uirgines fuerint: quae uniuirae: & ecōtrario q̄s
interdū habeat molestias uinculū cōiugale. Transiuimus ad secundā partitionē: in qua negat eos: qui tota fide
baptisma consecuti sunt deinde posse peccare: Et docuimus q̄ excepto deo: ois creatura sub uitio sit. nō q̄ uni-
uersi peccauerint: sed q̄ peccare possint: & similiū ruina stantiū metus sit. Tertio uenimus ad ieiunia. Et quia ad
uersarii duplex propositio fuerat: uel ad philosophos: uel ad diuinae scripturae prouocatis exēpla: nos quoq;
ad utraq; respondimus. Quarta. i. extrema diuisio: oues & hēdos: dextram & sinistra: iustos & peccatores: in
duos ordines distribuerat: uolens ostendere nullā inter iustum & iustū: peccatorem & peccatorem esse distantia.
Et ut hoc probaret: infinita de scripturis exēpla congererat: quasi suo sensui congruentia: cuius nos quaestioni
& argumentis & exemplis respondimus scripturae: ueteremq; Zenonis sententiā tā cōmuni sensu q̄ diuina le-
ctione contriuiimus. Nunc restat ut Epicurus nostrū subantē in hortulis suis inter adolescentulas & mulierculas
alloquamur: fauent tibi crassi: nitidi: dealbati. Adde si uis iuxta Socraticā irrisionē: omnes sues & canes: & quia
carne amas: uultures quoq; aquilas: accipitres: & bubones: nunq; nos Aristippi multitudo terrebit. Quoscuq;
formosos: quoscūq; calamistratos: quos crine cōposito: quos rubentibus buccis uidero: de tuo armento sunt: im-
mo inter tuos sues grūniunt de nostro grege tristes: pallidi: sordidati: & quasi peregrini huius saeculi: licet sermo
ne taceant: habitu loquuntur & gestu. Heu mihi quia peregrinatio mea prolongata est: habitauit cū habitanti-
bus cedar: uidelicet in tenebris huius mundi: quia lux lucet in tenebris: & tenebrae eā nō cōprehenderunt. Ne
glorieris q̄ multos discipulos habeas: filius dei docuit in iudaea: & xii. tantū illū apostoli sequebantur soli. Tor-
cular inquit calcaui solus: & de gentibus uir non est mecū. Ille in passione solus remansit: & Petri quoq; erga eū
trepidauit cōstātia. pharisaeorū autem doctrinae ois populus applaudebat: dicēs crucifige crucifige talē: nō habe-
mus regem nisi Caesarem. i. uitia sequimur: non uirtutes: epicurus non Christū: louinianū non apostolū Paulū.
Quod multi acquiescunt sententiā tuae: iudiciū uoluptatis est: non enī tā te loquentē probant: q̄ suis fauent ui-
tiis. In circulis platearū quotidie fictus ariolus stultorū nates uerberat & obtorto fusta dentes mordentium qua-
titate tamen dēst qui semper possit induci: & pro magna sapientia reputas: si plures porci post te currāt: quos
gehēnae succidia nutrias post preconium tuū: & balneas quae uiros pariter & scēminas lauant: omnis ipatentia
quae ardentē prius libidinē quasi uerecundiae uestibus protegebat: nudata est & exposita: quae ante in occulto
erant: nunc in propatulo sunt. Ostendisti tales discipulos non fecisti: hoc profecit doctrina tua: ut ne peccatū
quidem p̄nitentiā habeat. Virgines tuae: quas prudentissimo consilio: quod nemo unq; legerat: nec audierat
de apostolo docuisti: melius est nubere q̄ uri: occultos adulteros in apertos uerterunt maritos. Non sua sit hoc
apostolus: non electionis uas. Virgilianum consilium est.

Coniugium uocat: hoc praetexit nomine culpam.

Quadringenti ferme anni sunt: q̄ Christi predicatio fulget in mundo. Ex quo innumerabiles hēreses tunica
illius cōsciderunt: uniuersus p̄ error de Chaldaeo et Syro et Graeco sermone processerat. Basilides magister
luxuria et turpissimorum complexuum post tot annos ita in louinianum quasi in Euphorbum transforma-
tus est: ut latina quoq; lingua haberet hēresim suam. Nulla ne fuit alia in toto orbe prouincia quae reciperet
preconium uoluptatis: in qua coluber tortuosus irreperet: nisi in qua Petri doctrina super se petram fundauit
Christus: in qua uexillum crucis & predicationis auctoritas idolorum templa destruxerat: E regione luxu-
ria penitus: uentris: et gutturis subuertere nititur fortitudinem crucis. Vnde per Esaiam loquitur deus: populus
meus qui uos beatificant: seducunt uos: & semitas pedum uestrorum conturbant. Nec non per Hieremiam: fu-
gite de medio Babylonis: et seruate unusquisq; animam suam: et nolite credere pseudo prophetis: qui dicunt
pax pax: et non est pax: qui semper ingeminant: templum domini: templum domini. Prophete tui uiderunt ti-
bi fallas: et insipientia: non aperuerunt iniquitatē tuam: ut te ad p̄nitentiā prouocarent qui deuorāt plābē suā
ut cibū panis: deū non inuocauerunt. Hieremias captiuitatē nūcians: lapidatur a populo. Ananias filius Azor:
frangebat

EV̄O Q̄ AD

Prorsū subantē in hortulis
crassi: nitidi: dealbati.

Ariolus stultorū nates uerberat

Succidia nutrias post preconium tuū

Basilides magister luxurie

frangebat ad presens ligneas torques: & in futuræ ferreas preparabat. Semper pseudo prophetæ dulcia pollicetur: & ad modicum placent: amara est ueritas: & qui eam predicant replentur amaritudine. In azimis enim ueritatis & sinceritatis domini pascha celebrat: & cum amaritudinibus comedit. Egregia sane uox: & quam audiat sponsa Christi inter uirgines & uiduas & cælibes: unde & ipsum nomen inclitum est: quod cælo digni sint qui coitu careant: Raro ieiunare: crebrius nubite. Non enim potestis implere opera nuptiarum: nisi mulsu & carnes & nucleu sumpseritis. Viribus opus est ad libidinem. Cito caro consumpta marcessit. Nolite metuere fornicationem. Qui semel in Christo baptizatus est: cadere non potest: habet enim ad despumandas libidines solatia nuptiarum. Quod & si cecideritis: redintegrabit uos poenitentia: & qui in baptismo fuistis hypocritæ: eritis in poenitentia solidæ fidei: neque turbemini: putantes inter iustum & poenitentem aliquid interesse: humilioris gradum dare quidem ueniam: sed coronam tollere: una est enim retributio: qui ad dexteram steterit: introibit in regna cælorum. His consiliis subulci tui pastoribus nostris ditiores sunt: & hirci plurimas secum capras trahunt. Equi inlanientes in scæminas facti sunt: statim ut mulieres uiderint hinnunt: & impatientiam suam: pro nefas: scripturas solant exemplis: sed & ipsæ mulierculæ miseræ: & non miserabiles preceptoris sui uerba cantantes: quid enim nisi semet requirit deus: non solum pudicitiam: sed etiam uerecundiam perdiderunt maioriq; procacitate defendunt libidinem: quæ exercent. Habes preterea in exercitu tuo plures succenturiatos: habes scurras & uelites in presidiiis crassos: comptos: nitidos: clamatores: qui te pugnis calcibusq; defendant. Tibi cedunt de uia nobiles: tibi osculant diuites caput. Nisi enim tu uenisses: ebrii atq; ructantes paradisu intrare non poterant: macete uirtute: immo uitio: habes in castris tuis & amazonas exercitus paterfamilias es: in auariis tuis non turtures: sed upupæ nutriunt: quæ tota fetidæ uoluptatis lustra circumuolat. Me carpe: me disuice: obuice crimina quæ uolueris: arguæ luxuriæ & deliciarum. Magis me amabis: si talis fuero: ero enim de armento tuo. Sed ad te loquar: quæ scriptam in fronte blasphemiam Christi confessionem delesti. Urbs potens: urbs orbis domina: urbs apostoli uoce laudata: interpretare uocabulum tuum. Roma aut fortitudinis nomen est apud grecos: aut sublimitas iuxta hebræos. Serua quod diceris: uirtus te excelsam faciat: non uoluptas humilem. Maledictionem quam tibi saluator in Apocalypsi comminatus est: potes effugere per poenitentiam: habens exemplum Niniuitarum. Caue Iouiniani nomen: quod de idolo deriuatum est. Squalet Capitolium: templa Iouis & cerimoniam conciderunt. Cur uocabulum eius & uitia apud te uigeant. Adhuc sub regibus: & sub Numa Pompilio facilius maiores tui Pythagoræ continentiam: quæ sub consulibus Epicuri luxuriam susceperunt.

Celebs
Iouiniani doctrina

Upupa

Roma

Incipit argumentum sequentis libelli. Genadius de uiris illustribus.

Heluidius Auxentii discipulus: Symachi imitator: scripsit religionis quidem studio: sed non secundum scientiam librum: neq; sermone: neq; oratione nitidum: quo opere ita sanctarum scripturarum sensum ad suam peruersitatem flectere conatus est: ut earum testimoniis asserere uoluerit sanctam Mariam post natiuitatem domini: quem uirgo peperit: Ioseph sponso suo iunctam: & ex eius consortio filios suscepisse: qui fratres domini appellati sunt.

Heluidius

Item de eodem Augustinus de hæresibus.

Heluidianus exorti ab Heluidio. Isti uirginitati beatæ Mariæ contradicunt: ut eam post Christum alios etiam filios de uiro suo Ioseph peperisse contendunt. Sed nimirum istos prætermisso Heluidii nomine antimaritas Epiphanius appellauit.

Heluidianus

Incipit Liber Beati Hieronymi aduersus Heluidium de perpetua uirginitate beatæ Mariæ. Epistola. XII.

Nuper rogatus a fratribus: ut aduersus libellum cuiusdam Heluidii responderem facere distuli. Non quod difficile fuerit hominem rusticanum: & uix quoque primis imbutum litteris super ueri assertionem conuincere: sed ne respondendo dignus fieret: qui uinceret. Huc accedebat quod uerebar ne homo turbulentus & solus in uniuerso mundo simul & laicus & sacerdos: quod ut ait ille loquacitate facundia existiat: & maledicere omnibus bone conscientiarum signum arbitrat: accepta materia disputandi amplius inciperet blasphemare: & quasi de sublimi loco in totum orbem ferre sententiam: meque quia ueritate non posset lacerare conuincere. Verum quia hæc omnes tam iustæ silentii mei causæ ob scandalum fratrum: qui ad eius rabiem mouebant iustiorum sine cessante: iam ad radices infructuosæ arboris euangelii securis est admouenda: & cum infœcunditate foliorum tradenda flammis: ut discat aliquando reticere: qui nunquam didicit loqui. Igitur sanctus mihi inuocandus est spiritus: ut beatæ Mariæ uirginitatem suo sensu ore meo defendat. Inuocandus est dominus Iesus: ut sacri uentris hospitium: cuius nouem mensibus inhabitator fuit: ab omni concubitus suspitione tueatur. Ipse quoque deus pater est imprecandus: ut matrem filii sui uirginem ostendat fuisse post partum: quæ fuit mater antequam nupta. Non rhetorici campum desideramus eloqui: non dialecticorum tediculas: nec Aristotelis spineta conquirimus: ipsa scripturarum uerba ponenda sunt: ut ipsis quibus aduersum nos usus est testimoniis reuincatur: ut intelligat se & legere potuisse quæ scripta sunt: & non potuisse quæ pietate roborata sunt cognoscere. Prima eius propositio fuit. Matthæus loquitur: Christi autem generatio sic erit. Cum esset desponsata mater Iesu Maria Ioseph priusquam conuenirent inuenta est habens in utero de spiritu sancto. Ioseph autem uir eius cum esset iustus & nollet eam traducere uoluit occulte dimittere eam. Hæc autem eo cogitate: ecce angelus domini in somniis apparuit ei dicens: Ioseph fili Dauid: ne timeas accipe Mariam coniugem tuam. Quod enim natum est in ea: & de spiritu sancto est. Ecce inquit habes desponsatam non commedatam ut dicis. Et utique non ob aliud desponsatam nisi quod nupturam. Neque enim de non conuenturis euangelista dixisset: Priusquam conueniret: quia nemo de non prænupto dicit antequam præderet. Deinde ab Angelo uxorem appellatam & coniunctam. Audiamus nunquam scriptura pronunciet. Exurgens inquit Ioseph a sono fecit sicut preceperat ei Angelus domini: & accepit uxorem suam: & non cognouit eam.

Loquacitatem facundiam existimare

Inuocatio spiritus

Dialecticorum tediculas
Aristotelis spineta

Traducere ut infamare